Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIÆ

EVANGELICÆ

Universidad de Deusto
Biblioteca
Est.
Pldt.

Universidad de Deusto
Biblioteca



EVANGELICAE HISTORIAE IMAGINES

Ex ordine Euangeliorum, quæ toto anno in Missæ sacrificio recitantur, In ordinem temporis vitæ Christi digestæ.

Auctore Hieronymo Natali Societatis IESV Theologo.

Antuerpiæ Anno Dñi M.D.XCIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTH. 14 RESID. MATRIT.



SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO CLEMENTI VIII. PONTIFICI MAXIMO.

DIXERAT aliquando, Beatissime Pater, Hieronymo Natali, vni ex suis alumnis Parens nostræ Societatis Ignatius, operæpretium facturũ eum, qui ad perpetuã atque paratã Religiosis eiusdẽ Societatis Scholaribus meditandi, orandique materiam ac segetem, Euangelia Quadragesima tota, Dominicisque per annum diebus inter sacrificandũ recitari consueta, methodo quàm breuissima certos ad locos, seu capita meditantium vtilitati accommodata redigeret: neque id solùm, sed etiam appositis imaginibus & adnotationibus illustraret. Fecit ille quod optimo Patri cordi esse cognouerat, hoc ordine videlicet: Cuique Euangelicæ lectioni historiam suam ex alijs etiam Euangelistis integrè collectam, imagineque expressam præfixit. Curauit deinde, vt quamlibet imaginẽ sequeretur ipsa Euangelica lectio cum aliorum Euangelistarum concordantia, non quidem integra, quia is non erat huius operis scopus, sed quæ ad historiæ intelligentiam, integritatem, & plenitudinem satis esse posset. Ad vnamquamque Euangelicam lectionem sua adscripta est annotatio, quæ locum & tempus designat, quo mysteria salutis nostræ peracta fuêre; breuissima quidem illa, cum excellenti tamen Terræ Sanctæ descriptione, locis item nõnullis Euangelij difficilioribus interdum explicatis. Cuilibet autem adnotationi accessit meditatio non minùs deuota, quàm erudita. Sub ipsis verò imaginibus capita illa seu puncta ad meditantium commoditatem subiecta sunt. Porrò historiam ipsam vniuersam auctor, prout plura aut pauciora mysteria singulis Euangelicis lectionibus continebantur, in 153. imagines distribuit, singulis suas Euangelicæ lectionis partes, adnotationesque, & meditationes tribuens. Verùm auctore ante aliquot annos vita functo, qui mihi superiorum permissu operis huius curam demandarat, operępretium visum fuit, si tanta imaginum moles ad ipsas adnotationes, atque ad earum ordinem redacta, & quasi inter eas abscondita non relinqueretur; sed suo ordine, ac volumine seorsum ederetur: non ea tantùm ra-

tione, vt adnotationum ipsarum liber, qui piarum meditationum toto anno præbet materiam, & viliùs ab omnibus comparari, & faciliùs circumferri possit: sed multò magis, vt imaginibus ipsis ex ordine Dominicalium Euangeliorum, in ipsius Euãgelicæ historiæ, temporis scilicet vitæ Christi, ordinem translatis ac dispositis, tota Redemptoris nostri Christi Iesu vita, iuxta veram rerum gestarum ac temporum seriem, elegantibus descripta imaginibus ob oculos haberetur. Opus planè aureum, vt superioribus optatissimum seculis, ita futuris iucundissimum; præfixo præsertim ad operis initium indice, ex quo facilè perspicere quisque possit, quæ quibus Dominicalibus Euangelijs respondeant imagines. Nè autem ipsarum imaginum multitudo satietatem cuipiam pareret, vnde suo fine, spirituali scilicet animarum fructu, opus ipsum frustraretur, si in æs incîderetur parùm eleganti manu; sed potiùs vt opificij elegantia ac pulchritudo, simul cum maxima ipsius argumenti sanctitate atque excellentia, operisq́ue pietate coniuncta, omnes ad illud euoluendum, assiduaq́ue meditatione versandum inuitaret, necessarium omnino fuit, vt excellentissimi quique artifices operi tam eximio, quod ipsius Euangelij noua ac penè spirans imago est, adhiberentur; id quod sine magnis difficultatibus, maximaq́ue impensa perfici nõ potuit. Omnes tamen difficultates superatæ, omnia impedimenta, Christo propitio, tuisq́ue auspicijs, Beatissime Pater, sublata sunt; opus denique ipsum ad pietatẽ, & deuotionem excitandam maximè accommodatum, tuo tandem tempore in vulgus prodit, quod tibi alioqui maximè debebatur, quo cum & in Deum pietas, & in Societatem nostram benignitas pariter creuit: sicut & cum viro grauissimo, eodemq́ue sapientissimo Ioanne Bo. me Cardinale fratre tuo creuerat; cuius cum vestigia iam antè annos multos in minori fortuna sequereris, atque ego ab hac tua benignitate & pietate inuitatus, nonnulla ex primis operis huius imaginum delineamentis tibi omnium primo ostendissem, eam retuli pro minimo illo officio grati animi significationem, vt & te iam tum cui opus dedicaretur dignissimum iudicarim, & id mihi vt facere liceret, non mediocriter optarim. Nunc igitur quando me voti compotem facere dignatur Altissimus, hoc qualecunque perpetuæ in te nostræ Societatis obseruantiæ monumẽtum libenter accipies; quam proinde vt fouere non desinis, ita & commendatam habere perges in Christo Iesu. Vale.

Beatitudinis tuæ

Humillimus seruus.

Iacobus Ximenez.

LECTORI S.

QVAERES fortaſsè, Candide Lector, quì factum ſit, vt cum memoria noſtra tot fuerint, qui Euangelicæ Hiſtoriæ Harmonias cõcinnarent, auctor noſter antiquioris cuiuſpiam concordiam ſequi maluerit, quam vllius recentioris. In quo quidem primum illud noſſe debes, Neotericorum Harmonias, cum auctor hæc ſcriberet, nullas in lucem proditas fuiſſe; deinde illũ antiquiorũm, vt lectionem, ita ſententiam libentius probare ſolitum & amplecti. Prætereà integrum etiam tibi relinqui cuiuſuis auctoris ordinem in tuis de Chriſti Ieſu vita meditationibus ſequi, ac iuxtà eum noſtris hiſce, ſi ita volueris, imaginibus vti. Quod verò quandoque imagini adpinxit, quod non legitur in Euangelio (quale illud eſt, quod Deus, quo die hominem creauerat, eodem reuolutis poſt ſeculis factus ſit homo, eodem hominem per Crucem redemerit ac recrearit, eodem etiam dicatur hominem iudicaturus; Itemque quod ait, Chriſto nato Angelum in Limbum ad Patres miſſum, qui verbi infantis natiuitatem nuntiaret; Et Chriſtum Ieſum puerulum eo triduo quo eum Virgo Mater amiſerat, mendicato victitaſſe) Hæc ſcito pauca ex ſanctis Patribus adiecta eſſe, de multis, quæ apud illos occurrunt ad excitandam meditantium deuotionem valdè accommodata: quæ licet in Euangelio non reperiantur, Euangelio tamen adeò nihil repugnant, vt ſint etiã maximè conſentanea. Cur deniq; in Adnotationibus, ac frequentiùs etiam in Meditationibus, ſermonem ad Religioſi ſtatus homines conuertat, hæc maximè cauſa eſt, quòd eius primum conſilium non fuit, vt opus hoc in vulgus ederetur, ſed vt Religioſis tantum ſocietatis noſtræ, iunioribus præcipuè ſcholaribus, inſeruiret; quin, ne meditationes quidem ipſas operi huic Adnotationum intexere cogitabat, cum ſciret facile eſſe vel mediocriter in meditando verſatis ſuas cuique meditationes commentari, vt ipſe ſuas inſtituerat. Verùm cum ei ſuggereretur, non tamen omnes æquè eſſe idoneos ad id præſtandum, nec fore inutile vel maximè exercitatis has meditationes legere, adductus eſt tandem, vt eas Adnotationibus inſeri pateretur. Fuit autem operæpretium Adnotationum capita non ſolùm ſub ipſis imaginibus collocare, verum etiam in Adnotationum volumine ea ſuis Euangelicis lectionibus præfigere; vt qui imagines nanciſci non poſſent, his illas breui compendio ſummaria ipſa referrent, ſimulq; meditantium commoditati & memoriæ inſeruirent, dum meditationis materiam paucis comprehenſam exhiberent. Et ſi porrò ea tantùm ex alijs Euangeliſtis in concordiam afferre ſolet auctor, quæ ad Euangelij Miſſæ intelligentiam faciunt, vel ſicubi cæteri Euangeliſtæ aliquid addant; hoc tamen in Paſſionis & Reſurrectionis Euangelijs ſeruari omninò non debuit, nec potuit, ſed integrè omnium Euangeliſtarum lectiones Euangelicæ diſtinctè proponendæ fuerunt, propterea quod in Paſsione eas omnes legit Eccleſia, in Reſurrectione ferè omnes. Vbi verò in Concordia dicitur; In illo tempore, iuxta vſum Eccleſiæ, apponiturq; littera locum vbi res geſta eſt deſignans, data opera id factum eſt, vt ex nota temporis locus indicetur, quod aliàs fieri non poterat. Illud demũ ſcire te volui, pie Lector, contextus Euangeliorum magno ſtudio & diligentia emendatos eſſe, & in tanta varietate adhibitum ab auctore iudicium, vt ferè ſequeretur editionem quam habent Hieronymus & gloſſa ordinaria, & qua paſſim vtitur Eccleſia in Miſſæ ſacrificio: nam ſolos recentiores piguit eum ſequi, quod eſſent liberiores quam vellet. Cæterùm & hoc in primis ſcire tua intereſt & cogitare; ad ſpiritualem fructum, quem, ſi ad eum te compares, Chriſtus Ieſus in animo tuo è ſacra vitæ ſuæ meditatione vberem producturus eſt, non ſatis eſſe imagines curiosè peruoluere, aut illarum artem & pulchritudinem admirari, ſed in ſingulis eſſe tibi ſingulos, vel etiam plures dies inſiſtendum, adnotationum & meditationum capita ſenſim perlegenda, meditandum, contemplandum, omnes denique orationis partes exercendas, vt monet Apoſtolus; In omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. Noſtros igitur hoſce labores, quicunque illi ſunt, vt Deo Opt. Max. humiliter conſecramus, & in proximorum ſalutem ac ſpiritalẽ profectum alacriter impendimus, ita eos tibi & vtiles eſſe, & gratos in Chriſto Ieſu vehementer optamus. VALE.

INDEX IMAGINVM EVANGELICAE HISTORIAE, CONTINENS ORDINEM, quo & ipsa Euangelia in Missæ sacrificio toto anno leguntur.

Dominica 1. Aduentus.



VAE iudiciũ vniuersale proximè præcedent. Pag. 98.

Dominica 11. Aduentus.

Mittit Ioannes duos discipulos ad Iesum. 32.

Dominica 111. Aduentus.

Mittunt Iudæi ad Ioannem. 11.

Dominica 1111. Aduentus.

Ioannes concionatur. 10.

In nocte Natiuitatis Christi. 3.

In aurora, de Pastoribus. 4.

Circunciſio Christi. 5.

Epiphania Domini.

Aduentus Magorum. 6.

Adoratio Magorum. 7.

Dominica 1. post Epiphaniam.

Cum doctoribus disputat Iesus. 9.

Dominica 11. post Epiphaniam.

Nuptiæ ad Cana Galilææ. 15.

Dominica 111. post Epiphaniam.

Mundatur leprosus. 26.

Sanatur seruus Centurionis. 27.

Dominica 1111. post Epiphaniam.

Sedat procellam maris Iesus. 29.

Dominica v. post Epiphaniam.

Parabola de Zizanijs. 39.

Dominica Septuagesimæ.

De conuentione ex denario diurno. 72.

Dominica Sexagesimæ.

Parabola Seminantis. 38.

Dominica Quinquagesimæ.

Prænunciat Iesus crucem suam Apostolis. 80

Sanatur vnus cæcus ante Iericho, & duo post Iericho. 83.

Purificatio. 8.

Feria 1111. Cinerum.

De Ieiunio. 21.

De Thesaurizatione. 22.

Feria v. post Cineres.

Euangelium Dominicæ iij. post Epiphaniam. 26.

Feria vi. post Cineres.

De dilectione inimici. 20.

Sabbato post Cineres.

Ambulat super mare Iesus. 44.

Dominica 1. Quadragesimæ

Tentat Christum Dæmon. 12.

Secunda & tertia tentatio. 13.

Angeli ministrant Christo. 14.

Feria 11.

Iudicium vniuersale. 99.

Feria 111.

Ejcit iterum Iesus vendentes de templo. 88.

Feria 1111.

Quærunt signa à Iesu Iudæi. 46.

Feria v.

De Chananæa. 61.

Feria vi.

Sanatur languidus. 47.

Sabbato.

Transfiguratio Christi. 63.

Dominica 11. Quadragesimæ.

Idem Euangelium. 63.

Feria 11.

Incredulis prædicit damnationem Iesus. 55.

Feria 111.

Quomodo credendum docentibus Phariſæis & Scribis. 96.

Feria 1111.

Petitio Matris filiorum Zebedæi. 82.

Feria v.

De Diuite Epulone. 73.

De morte Epulonis & Lazari. 74.

De Inferno interpellat Abrahamum Epulo frustrà. 75.

Feria vi.

Paterfamilias plãtat vineã, & locat Agricolis. 91.

Extra vineam filium occidunt. 92.

Sabbato.

De Prodigo Adolescente. 66.

Profundit omnia Prodigus Adolescens. 67.

Fit Subulcus. 68.

Accipit illum Pater benignissimè. 69.

Dominica 111. Quadragesimæ.

Sanatur Dæmoniacus cæcus & mutus. 45.

Feria 11.

Malè accipitur Iesus in patria. 40.

Feria 111.

Docet humilitatem discipulos suos, & correctionem fraternam. 70.

Feria 1111.

Explicat doctrinam de traditionibus. 60.

Feria v.

Sanatur socrus Petri. 18.

Feria

Feria VI.
De Samaritana. 35.
De eadem Samaritana. 36.
Sabbato.
Liberatur Adultera. 53.
Dominica IIII. Quadrageſimæ.
Quietem agunt diſcipuli iubente Chriſto, poſtea nauigant trans mare. 41.
Docet, & ſanat languidos, diſtribuuntur turbæ quaſi per contubernia. 42.
Satiat quinque millia hominum. 43.
Feria II.
Eijcit primò vendentes de templo. 16.
Feria III.
Docet Ieſus, concitantur contra eum Iudæi. 51.
Feria IIII.
Sanatur cæcus natus. 57.
Feria V.
Ad Naim ſuſcitatur filius viduæ. 28.
Feria VI.
Mittuntur nuncij à ſororibus de graui morbo Lazari. 76.
Venit Ieſus Bethaniam. 77.
Suſcitat Lazarum Ieſus. 78.
Sabbato.
Docet Ieſus in templo. 54.
Dominica Paſſionis.
Acerrima confutatio Iudæorum, & eorum contra Ieſum conatus. 56.
Feria II.
Mittunt Iudæi miniſtros, vt Ieſum comprehendant. 52.
Feria III.
Non aſcendit ad feſtum Ieſus: quærunt eum Iudæi. 50.
Feria IIII.
Malitioſè Iudæi Ieſum interrogare aggrediuntur. 59.
Feria V.
Vngit pedes Ieſu Magdalena. 34.
Feria VI.
Concilium de nece Ieſu. 79.
Feria II. Maioris hebdomadæ.
Cæna apud Simonem leproſum. 84.
Dominica in ramis palmarum.
Ducitur aſina & pullus ad Ieſum. 85.
In conſpectum Hieruſalem venit Ieſus. 86.
Ingreſſus ſolennis in ciuitatem. 87.
Feria II.
Veniunt Gentiles ad Ieſum. 89.
Feria V.
Cæna legalis. 100.
Cæna communis, & lauatio pedum. 101.
Sanctiſsimi Sacramenti, & Sacrificij inſtitutio. 102.
De geſtis poſt ſacram communionem. 103.
Orat Chriſtus in horto. 107.
Veniunt ad hortum armati. 108.
Malchi auriculæ abſciſſio. 109.
Capitur Chriſtus. 110.
Ducitur ad Annam primùm. 111.
Interrogatur ab Anna. Negat eum Petrus. 112.
Trahitur ad Caipham Ieſus. Negat iterum Petrus. 113.
Adiuratio Caiphæ; Confeſsio diuina Chriſti. Tertiò negat Petrus. 114.
De geſtis in carcere Caiphæ poſt dimiſſum concilium. 115.
De geſtis mane in pleno Principum & Seniorum concilio. 116.
Ducitur Ieſus ad Pilatum. Et Iudas laqueo ſe ſuſpendit. 117.
Quæ primùm geſta ſunt apud Pilatum. 118.
Quæ geſta ſunt apud Herodem. 119.
Quæ geſta ſunt poſtquam reductus eſt ad Pilatum. 120.
Flagellatur Chriſtus. 121
Coronatur ſpinis Ieſus. 122.
Geſta poſt coronationem, antequàm ferretur ſententia. 123.
Fert ſententiam Pilatus contra Ieſum. 124.
Ducitur Ieſus extra portam ad Caluariæ montem. 125.
Quæ geſta ſunt poſteà ante crucifixionem. 126.
Crucifigitur Ieſus. 127.
Erigitur Crux. 128.
Quæ geſta ſunt poſt erectam crucem, antequam emitteret ſpiritum. 129.
Emiſsio ſpiritus. 130.
Quæ geſſit Chriſtus deſcendens ad Inferos. 131.
Deponitur Chriſti corpus è cruce. 132.
De Chriſti ſepultura. 133.
Annuntiatio. 1.
Reſurrectio Chriſti glorioſa. 134.
Apparet Matri Mariæ virgini. 135.
De primo aduentu Mulierum ad ſepulchrũ. 136.
Angeli apparent Mulieribus. 137.
Veniunt Petrus, & Ioannes ad ſepulchrum. 138.
Apparet Magdalenæ. 139.
Apparet Mulieribus. 140.
Apparet duobus diſcipulis euntibus Emaunta. 141.
Apparet diſcipulis abſente Thoma. 142.
Dominica I. poſt Paſcha.
Apparet diſcipulis & Thomæ. 143.
Apparet ſeptem diſcipulis ad mare Tiberiadis. 144.

Pran-

Prandet cum ſeptem diſcipulis Ieſus. 145.
Apparet in monte Thabor. 146.
Dominica II. poſt Paſcha.
De Paſtore bono, oſtio, oſtiario, ouili. 58.
Dominica III. poſt Paſcha.
De eo, quod dixit Chriſtus; Modicùm & non videbitis me. 104.
Dominica IIII. poſt Paſcha.
De eo, Quemadmodum ſpiritus ſanctus arguit mundum &c. 105.
Dominica V. poſt Paſcha.
Orationis perfectio docetur. 106
Aſcenſionem Chriſti præcedentia proximè. 147.
Aſcenſio Chriſti in cælum. 148.
Sacra dies Pentecoſtes. 149.
Dominica I. poſt Pentecoſten.
Docet Chriſtus; Eſtote miſericordes. 24.
Dominica II. poſt Pentecoſten.
Vocatio ad cænam magnam. 49.
Dominica III. poſt Pentecoſten.
De oue centeſima, & decima dragma perdita. 65.
Dominica IIII. poſt Pentecoſten.
De copioſa captura piſcium. 17.
Dominica V. poſt Pentecoſten.
Compeſcitur iracundia. 19.
Dominica VI. poſt Pentecoſten.
Satiat quatuor millia hominum. Inſeruient Imagines dominicæ 4. Quadrageſimæ. 42. & 43.
Dominica VII. poſt Pentecoſten.
Cauendum à falſis Prophetis. 25.
Dominica VIII. poſt Pentecoſten.
Villicus accuſatur. 64.
Dominica IX. poſt Pentecoſten.
Flet Ieſus ſuper ciuitatem, eijcit vendentes de templo; prout in dominica in ramis palmarum. 86.87.88.
Dominica X. poſt Pentecoſten.
De Phariſæo, & Publicano. 90.
Dominica XI. poſt Pentecoſten.
Sanat Ieſus ſurdum & mutum. 62.
Dominica XII. poſt Pentecoſten.
Incidit in latrones viator. 33.
Dominica XIII. poſt Pentecoſten.
Curat Ieſus decem leproſos. 81.
Dominica XIIII. poſt Pentecoſten.
Docet Chriſtus fiduciam habendam Deo. 23.
Dominica XV. poſt Pentecoſten.
Ad Naim ſuſcitatur filius viduæ; prout in Feria V. poſt dominicã IIII Quadrageſimæ. 28.
Dominica XVI. poſt Pentecoſten.
Sanatur Hydropicus. 48.
Dominica XVII. poſt Pentecoſten.
De primo mandato interrogatur Ieſus. 95.
Dominica XVIII. poſt Pentecoſten.
Sanatur Paralyticus. 30.
Dominica XIX. poſt Pentecoſten.
Facit Rex nuptias filio. 93.
Dominica XX. poſt Pentecoſten.
Filium Reguli ſanat Ieſus. 37.
Dominica XXI. poſt Pentecoſten.
De ſingulari inhumanitate ſerui regij, & ingratitudine. 71.
Dominica XXII. poſt Pentecoſten.
De ſoluendo tributo. 94.
Dominica XXIII. poſt Pentecoſten.
Sanatur Hemorrhoiſſa; Suſcitatur filia Iairi. 31.
Dominica XXIIII. poſt Pentecoſten.
De Antichriſto. 97.
In die Viſitationis. 2.
Tranſitus Matris Dei. 150.
Virginis Matris ſepultura. 151.
Suſcitatur virgo Mater à filio. 152.
Aſſumitur Maria in cælum; Coronatur à ſanctiſſima Trinitate. 153.

FINIS.



Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERDICITVR IMPRESSIO OPERIS QVONDAM HIERONYMI NATALIS, ADNOTATIONVM, MEDITATIONVM,

atque Imaginum in Euangelia, quæ in Missæ sacrificio toto anno recitantur: necnon Imaginum ipsarum seu earum aliquot extractio, delineatio, scalptio, extractarum item impressio, venditio, traditio, & retentio, sub mille ducatorum in toto quidem Statu Ecclesiastico; extra verò, sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis.

CLEMENS PAPA VIII.

AD Futuram rei memoriam. Cùm sicut accepimus, dilectus filius Martinus Nutius Typographus Antuerpiensis ad publicam omnium fidelium vtilitatem opus quõdam Hieronymi Natalis, dum in humanis ageret, Societatis IESV Theologi, Adnotationum, & Meditationũ in Euãgelia, quæ in Sacrosancto Missæ Sacrificio toto anno leguntur, typis dare intendat; & tàm in eo opere, quàm in alterius insignis eius partis, Imaginum scilicet centum quinquaginta trium scalptura, quibus prædictus Hieronymus, totius operis author, historiam vitæ Christi IESV Domini nostri ex ipsis Euangelicis Missæ lectionibus, iuxta quatuor Euangelistarum veritatem, ac plenitudinem expressit; magna pecuniæ summa exposita iam sit, & adhuc vlterior sit exponenda: Nos tanti operis excellentiam plurimùm in Domino commendantes; eorumque indemnitati, qui ad operis huius editionẽ pecunias cõquisitas impenderunt, prospicere cupientes, ne fortè contingat, vt vnde quis prodesse alijs studet, inde damnum, aut præiudicium sibi paret (quod sanè sequeretur maximum, si vel opus Adnotationum ab alijs imprimeretur, vel Imagines ipsæ, earumue ordo, & inuentio, aut distributio extraheretur, seu recuderetur, quod iam à nonnullis intentari intelligimus; qui nuper ex Portorio nostro Vrbano centum triginta sex ex operis huius imaginibus, Antuerpia transmissis, suffurati sunt;) ipsumque Martinum á quibusuis Excommunicationis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes, illius, aliorumque, quorum interest in hac parte supplicationibus inclinati, eisdem Martino, ac alijs prædictis, quorum nomina & cognomina præsentibus pro expressis haberi volumus, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus & elargimur, ne quis quauis ille fuerit dignitate, vel officio, aut priuilegio, vel facultate munitus, per decem annos à data præsentium computandos, Imagines supradictas, vel earum ordinem, inuentionem aut distributionẽ,

etiam

etiam mutatis delineamentis, aut earum aliquot extrahere, delineare, ſcalpere; ſicuti nec Adnotationes, vel Meditationes ſupradictas ſimul, vel ſeorſum ab ipſis Imaginibus, vel earum aliquot; abſque expreſſa & in ſcriptis redacta ipſius Martini Nutij licencia, quouis quæſito colore, cauſa, vel prætextu ad cuiuſuis perſonæ inſtantiam imprimere ſeu excudere, aut extrahi, delineari, ſcalpi, imprimi, ſeu excudi quouis modo facere, aut in totũ, aut in partẽ delineatas, ſculptas, impreſſas, ſeu excuſas in quouis loco vẽdere, ſeu venales exponere, apud ſe retinere, vel habere, ſeu alicui alteri tradere, aut cõcedere quouis modo præſumat; in hac quidem vrbe noſtra, & in toto ſtatu Eccleſiaſtico ſub mille ducatorum auri de Camera, pro vna delatori, & alia Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac reliqua tertijs partibus locis pijs irremiſſibiliter, necnon amiſſionis librorum, Imaginũ, laminarum, ac delineamentorum quorumcunque ad opus huiuſmodi quomodolibet pertinentium ipſi Martino applicandorum: extra verò Vrbem ipſam, ac ditionem Eccleſiaſticam vbique locorum Excommunicationis latæ ſententiæ, à qua nullus prærer Romanum Pontificem abſoluere poſsit, pœnis toties, quoties contrauentum fuerit eo ipſo incurrendis, diſtrictiùs inhibemus. Et nihilominus vniuerſis & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs locorum Ordinarijs vbique, & in ſtatu noſtro temporali etiam Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & alijs Iuſtitiæ Miniſtris, præcipimus, & mandamus, vt durante dicto decẽnio quoties pro parte dicti Martini fuerint requiſiti, vel eorum aliquis fuerit requiſitus, ſibi in præmiſsis efficacis defenſionis auxilio aſsiſtant, & ea obſeruari faciant, & contra inobedientes per prædictas & alias eis benè viſas ſententias, cenſuras, & pœnas appellatione remota procedant, inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus quibuſuis Cõſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, priuilegijs quoque indultis, ac literis Apoſtolicis, quibuſuis perſonis & locis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis conceſsis, ac iteratis vicibus confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis mentio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice ſpecialiter & expreſſè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in ludicio & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub anulo Piſcatoris die xiiij. Auguſti. M. D. XCIII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

M. Veſtrius Barbianus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANNVNCIATIO.

Luc. i.



A. *Conuentus Angelorum, vbi declarat Deus Incarnationem Christi, & designatur Gabriel legatus.*

B. *Veniens Nazareth Gabriel, sibi ex aëre corpus accommodat.*

C. *Nubes è cælo, vnde radij ad Mariam Virginem pertinent.*

D. *Cubiculum, quod visitur Laureti in agro Piceno, vbi est Maria.*

E. *Ingreditur Angelus ad Mariam Virginem; eam salutat; assentitur Maria: fit Deus homo, & ipsa Mater Dei.*

F. *Creatio hominis, quo die Deus factus est homo.*

G. *Eadem die Christus moritur, vt homo perditus recreetur.*

H. *Pie credi potest, Angelum missum in Limbum, ad Christi incarnationem Patribus nunciandam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN DIE VISITATIONIS.

Luc. i.



A. *Nazareth, vbi repræsentatur Annuntiatio, post quam Virgo Mater statuit Elisabetham inuisere.*
B. *Iter habet Maria festinanter cum Ioseph ad montana Iudææ.*
C. *Domus Zachariæ in tribu Iuda in montibus.*
D. *Ad quam cum peruenisset Maria festinauit ad Elisabeth.*
E. *Sedula illi Anus occurrit, sed eam tamen prior salutat Maria.*
F. *Audita Matris Dei salutatione, ecce exultat in vtero Elisabeth Filius, & repletur Spiritu sancto Mater, & prædicat Mariæ diuina encomia.*
G. *Zacharias & Ioseph laudant Deum.*
H. *Nascitur Ioannes.*
I. *Post eius ortum, redit Nazareth Maria Virgo Mater cum Ioseph.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN NOCTE NATALIS DOMINI.

Natiuitas Christi.

Luc. ij. Anno i.



A. *Bethlehem ciuitas Dauid.*
B. *Forum vbi soluitur tributum.*
C. *Spelunca, vbi natus est Christus.*
D. *IESVS recens natus, ante Præsepe humi in fœno iacens; quem pannis Virgo Mater inuoluit.*
E. *Angeli adorant Puerum natum.*
F. *Ad Præsepe bos & asinus nouo lumine commoti.*
G. *Lux è Christo nato fugat tenebras noctis.*
H. *Turris Heder, idest gregis.*
I. *Pastores ad turrim cum gregibus.*
K. *Angelus apparet Pastoribus, & cum eo Militia cœlestis exercitus.*
L. *Angelus, qui pie creditur missus in Limbum ad Patres nuncius.*
M. *Stella & Angelus ad Magos missi, eos primum ad iter impellunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN AVRORA NATALIS DOMINI

De Pastoribus

Luc. ij. Anno i.



A. *Turris Heder, vbi Pastores colloquuntur.*

B. *Inueniunt* IESVM *positum in Præsepio.*

C. *Cognoscunt, quæ erant ipsis dicta de Puero.*

D. *Reuersi ad suos, narrant omnia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CIRCVNCISIO CHRISTI.

Luc. ij. *Anno i.* 5 vij



A. *Synagoga, siue locus, vbi circumciditur* IESVS.
B. *Sacerdos cum cæremonijs circumcisionis.*
C. *Virgo Mater dolet de vulnere filij. Dolet Ioseph.*
D. *Pueri subseruientes.*
E. *Stella & Angelus viam Magis demonstrant.*
F. *Nomen* IESV: *quod adorant.*
G. *Angeli.*
H. *Mortales.*
I. *Animæ Patrum è limbo, & quæ in Purgatorio.*
K. *Maria sinu fouens filium, redit cum Ioseph.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EPIPHANIA DOMINI.

Aduentus Magorum.

Matth. ij. Anno i.




A. Hierusalem, quo perueniunt Reges Magi.
B. Vrbis frequentia, vbi Magi inquirunt.
C. Horum vocibus turbatur Herodes, & cum eo Hierosolyma vniuersa.
D. Omnes principes Sacerdotum, & scribas populi Herodes congregat, & sciscitatur ab eis, vbi Christus nasceretur.
E. Herodes clam vocat Magos.
F. Magi dimissi ab Herode, Bethlehem pergunt.
G. Stella læto aspectu rursum se ducem Magis offert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PVRIFICATIO.

Luc. 2. *Anno i.*

8
xx



A. *Templum cum atrijs.*
B. *Simeon venit in templum.*
C. *Anna prophetissa prodit.*
D. *Ad introitum secundi atrij, procedunt obuiam Christo, Mariæ, & Ioseph.*
E. *Incipit Anna pijs hominibus de Christo loqui.*
F.G.H. *Procedunt versus sanctuarium, & atrium Sacerdotum.*
I. *Perueniunt omnes ad portam atrij primi. Hinc Maria & Ioseph, illinc Sacerdotes et Leuitæ. Fiunt oblationes.*
K. *Hic rursus confitetur Domino Anna, & de Christo loquitur.*
L. *Virgo Mater cum Puero, & Ioseph in Galilæam reuertitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM

Cum doctoribus disputat IESVS. 9

Luc. ij. Anno xij. x



A. IESVS eleemosynam petens, & accipiens.
B. Comitatus duo virorum & mulierum Hierosolymis redeuntium.
C. Pagus, quo primo die perueniunt.
D. Ampla exedra, vbi Doctores disputabant.
E. Disserit IESVS cum Doctoribus.
F. Maria & Ioseph reuersi, inueniunt IESVM in medio consessu Doctorum.
G. Venit IESVS ad matrem, relictis Doctoribus.
H. Redeunt Nazareth, et erat subditus illis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA IIII. ADVENTVS.

Ioannes concionatur. 10

Matth. iij. Marc. i. Luc. iij. Ioan. i. Anno xxix. iiij



A. *Tyberius Cæsar.*
B. *Pontius Pilatus præses Iudææ.*
C. *Herodes Antipas Tetrarcha Galilææ.*
D. *Philippus Herodis frater Tetrarcha Iturææ, &c.*
E. *Lysanias Abilinæ Tetrarcha. Hi suas prouincias repræsentant et potentiam.*
F. *Duo summi Sacerdotes in templo.*
G. *Ioannes in deserto, & montanis Iudææ concionatur.*
H. *Concionatur deinde ad Bethabaram, siue Bethaniam trans Iordanem; & turbas ad bene & pie viuendum instituit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA III. ADVENTVS.

Mittunt Iudæi ad Ioannem.

Ioan. i. *Anno xxix.*



Hieronymus W. sculp.

A. *Hierusalem, vnde mittunt Iudæi.*
B. *Venientes ad Ioannem legati.*
C. *Bethabara, siue Bethania, vbi Ioannes.*
D. *Duo Sacerdotes cum Leuitis ad Ioannem perueniunt.*
E. *Ioannes vestitus cilicio ex pilis Camelorum,*

negat planissime se esse Christum.
F. *Eliam se esse negat Ioannes.*
G. *Negat se esse, quem Moyses in solitudine venturum prædixerat.*
H. *Profitetur tandem se esse vocem Dei clamantis in deserto.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA I. QVADRAGESIMÆ.

Tentat Christum dæmon. 12

Matth. iiij. Mar. i. Luc. iiij. *Anno xxx.* xxv



A. IESV *baptizato à Ioanne, & orante, Spiritus Sanctus columbæ ſpecie deſcendit, & vox Patris auditur.*

B. *Statim in deſerto à ſpiritu ducitur.*

C. *Mons deſertus ad fines Domim, vbi* IESVS *ieiunauit.*

D. IESVS *ſedet eſuriens, poſt quadraginta dierum ieiunium.*

E. *Verſatur cum beſtijs.*

F. *Princeps dæmonum adoritur* IESVM *prima tentatione; Si Filius Dei es, dic, &c.*

D. *Reſpondet dæmoni* IESVS; *Non in ſolo pane, &c.*

G. *Spectant Angeli; & dæmones Luciferi &* IESV *certamen; eiuſque exitum vehementer expectant.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM DOMINICA I. QVADRAG.

Secunda, & tertia tentatio.

Eiſdem capp. Anno xxx. xxvi



A. *Portat per aera dæmon* IESVM *Hic roſolymam in templum.*
B. *Templum, & in hoc pinnacula, quasi alæ templi.*
C. *Statuit* IESVM *diabolus in ſupremo pinnaculo templi, & tentat iterum; Si Filius Dei es, mitte te, &c.*
D. *Reſpondet* IESVS, *Non tentabis, &c.*
E. *Rurſus portat* IESVM *dæmon in montem excelsum valde.*
F. *Ideſt, in montem Nebo.*
G. *Et eius verticem Phaſga, trans Iordanem.*
H. *Ibi tentat* IESVM *Tertio. Hæc omnia tibi dabo, &c. Reſpondet, Vade Sathana; ſcriptum eſt enim, &c.*
I. *Proripit ſe Sathan cum ſuis diabolis.*
K. *Chriſto triumphatori Sathanæ, Epinicion cœleſte Angeli canunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM DOMINICA I. QVADRAG.

Angeli ministrant Christo. 14

Eiſdem capp. Anno xxx. xxvij



A. *Solenni pompa ferunt prandium Chriſto Angeli per aera.*

B. *Mons Nebo, quo feruntur cibi.*

C. *Sedet Chriſtus, prandet; Miniſtrant Angeli.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA II. POST EPIPHAN.

Nuptiæ ad Cana Galilææ. 15

Ioan. ij. Anno xxxi. xi



A. *Triclinium ornatum.*
B. *Mensa virorum, vbi Ioannes Sponsus, & IESVS.*
C. *Mensa mulierum, vbi Sponsa.*
D. *Pincerna videt nihil esse vini reliquum.*
E. *Virgo Mater ad aurem significat IESV, defeciße vinum.*
F. *Famulus excurrit, vt faciat quæ IESVS imperarat.*
G. *Alij sunt solliciti.*
H. *Hauriunt aquam, & implent hydrias.*
I. *Architriclinus miratur vini bonitatem, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA II. POST DOMINICAM IIII. QVAD.

Eïjcit primo vendentes de templo. 16
Ioan. ij. *Anno xxxi.* lvij



A. *Atrium tertium templi, vbi primo eïjcit vendentes ſub initia prædicationis: nam iterum poſt ſolennitatem palmarum idem fecit.*

B. *Eïjcit* IESVS *vendentes de templo, terrens flagello, quod in eos intendebat.*

C. *Permoti Iudæi petunt ſignum cur hæc faciat.*

D. *Reſpondet* IESVS, *Soluite templum hoc, &c.*

E. *Templum ædificatur ſub Zorobabel & Ioſedec, &c. Quæ dixerant Iudæi, 46. annis ædificatum eſt, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA IIII. POST PENTECOSTEN.

De copiosa captura piscium. 17

Luc. v. Anno xxxi. cxxxi



A. *Mare Tyberiadis.*

B. *Capharnaum iuxta mare, vbi piscabatur Petrus & Socij.*

C. *Cum irruerent in IESVM turbæ, vidit duas naues in littore.*

D. *Et Piscatores descendisse, & lauare retia.*

E. *Conscendit IESVS in Nauem Simonis; & rogat, vt pusillum à terra reducat, vt doceat turbas.*

F. *Facto fine dicendi, imperat Petro, vt ducat in altum, & laxent retia in capturam.*

G. *Hoc cum fecissent, concluserunt piscium magnam vim, ita vt rete rumperetur.*

H. *Innuunt igitur Socijs, vt ad se adiuuandos occurrant.*

I. *Veniunt, iuuant; implent ambas nauiculas piscibus, vt pene mergantur.*

K. *Agnouit Petrus virtutem Christi, procidit ad eius genua, correptus stupore clamat, Exi à me Domine, &c.*

L. *Similiter stupent filij Zebedæi, qui erant Socij Simonis, & relictis omnibus secuti sunt eum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA V. POST DOMIN. III. QVADRAG.

Sanatur Socrus Petri. 18

Matth. viij. Marc. i. Luc. iiij. Anno xxxi. 1



A. *Capharnaum in finibus Zabulon & Nephtalim.*
B. *Synagoga, vnde ſanato dæmoniaco.*
C. *Venit* IESVS *in domum Simonis.*
D. *Ibi rogatus, Petri ſocrum ſanat febribus laborantem.*
E. *Surgit Socrus vegeta, & miniſtrat cœnantibus.*
F. IESVS *cum diſcipulis accumbit ad menſam.*
G. *Veſpere facto, oblatos infirmos, & dæmoniacos ſanat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. In monte Thabor Christus docet.
B. Mortuus iacet, & ducitur homicida, vt reus iudicio.
C. Non hoc solum, sed qui fratri irascitur, reus esse potest etiam iudicio gehennæ ignis.
D. Qui dicit Racha, contumeliosum verbum, sed anceps, reus similiter esse potest concilio.
E. Qui dicit fatue, nec iudicio, nec concilio sistitur, sed plane gehennæ ignis addicitur.
F. Homo qui relinquit munus ad altare, et vadit primum reconciliari fratri suo.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.
Subseruire poterunt huic Euangelio imagines Dominicæ iiij. Quadragesimæ et earum annotationes. 42. et 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA VI. POST CINERES.

De dilectione inimici.

Matt. v. Luc. vi. Anno xxxi. 20 xxiij



A. IESVS *docens in monte Thabor.*
B. *Significantur conciones, quibus Iudæi suas traditiones proponebant.*
C. *Homo qui pro ijs orat, à quibus persecutionem patitur, & calumniam.*
D. *Homo, quem auersatur inimicus; cum tamen hunc benigne ille accipiat, et beneuole.*
E. *Homo vanus, qui varijs artibus ad ambitionem venditat eleemosynam.*
F. *Pauperes eleemosynam accipientes.*
G. *Spectatur vndique vanissima eleemosyna.*
H. *Alter vir pius, qui occulte dat eleemosynam.*
I. *Sol, & pluuia, quibus Deus bonis, & malis benefacit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA IIII. CINERVM.

De ieiunio. 21

Matth. vi. Anno xxxi. xxi



A. *Sedens* IESVS *in monte Thabor, docet discipulos.*

B. *Hypocrita, exterminata facie ostentat ieiunium, cuius caput obsidet dæmon.*

C. *Alter homo hilari facie, & animo candido ieiunans, cuius capiti Angelus imminet.*

D. *Ciuitas, vbi hæc solent notari.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM FERIA.

De thesaurizatione.

Matth. vi. Anno xxxi.



A. *In monte Thabor docet* IESVS *Apostolos.*
B. *Auarum hominem, auro & diuitijs incubantem in terra, dæmon exagitat.*
C. *Fures effodiunt, & furantur.*
D. *Vir excellenti animi pietate cœlum spectat; ibi viuit, ibi contemplatur.*
E. *Alter opera misericordiæ exercet; vtrumq; regit Angelus thesaurizantem in cœlo.*
F. *Thesauri in cœlo coram Deo reponuntur.*

FERIA V. POST CINERES

Imaginem v. feriæ quære in Dominica iij. post Epiphaniam 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XIIII. POST PENTECOSTEN.

Docet Christus fiduciam habendam Deo.

Matth. vi. *Anno xxxi.*



A. *Mons Thabor, & campestris locus vbi docet Christus.*
B. *Pro priore Euangelij parte, homo pius describitur, qui totus est in cœlum intentus, vbi thesaurizat.*
C. *Alter, qui totus inhiat lucris caducis, merces, aurum, domum, supellectilem amplam anxie parat.*
D. *Iubet IESVS respicere aues, vt quas Deus alat de cibo non solicitas.*
E. *Tum ornatum liliorum, quæ non laborant, neque nent.*
F. *Pratum herbis, ac floribus conuestitum.*
G. *Salomon in Domo sua magnificentissime vestitus, illis conferri non potest.*
A. *Docet ex his; Nolite soliciti esse. Quærite primum regnum Dei, &c.*

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

Euangelium legitur feriæ v. Dominicæ iiij. Quadragesimæ. Inde petatur imago et adnotatio 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.

Docet Christus Estote misericordes.

Matt. vij. Luc. vi. *Anno xxxi.*



A. *Mons Thabor, vbi* IESVS *designat, & docet Apostolos.*

B. *Docet tamen ad radicem montis etiam turbas.*

C. *Homo benignus stipem erogat pauperibus.*

D. *Homo præcipitis iudicij, qui alium iudicat temere, & damnat.*

E. *Angelus benefico mensuram bonam, confertam, et coagitatam, & superefluentem dat in sinum.*

F. *Cæcus cæcum ducens, secum illum præcipitat in foueam.*

G. *Homo, qui habet trabem in oculo suo, & tamen festucam eijcere ex oculo fratris emittur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

Cauendum à falsis Prophetis. 25

Matt. vij. Luc. vi. Anno xxxi. cxxxiij



A. *Mons Thabor, vbi Christus docet.*
B. *Falsus propheta docet frequentissima concione, sed deprehenditur lupus.*
A. *Docet IESVS non posse bonam arborem malos fructus, nec malam, bonos facere.*
C. *Quod exponitur per spinetum vnde non possunt ficus, vel vuæ colligi.*
D. *Et per tribulos, et rubum, vnde item nec ficus, nec vuæ colligi possunt.*
E. *Arbor bona dat bonum fructum.*
F. *Arbor mala excinditur, & in ignem mittitur: Ita fiet falsis prophetis, & hæreticis omnibus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

Mundatur Leprosus.

Matth. viij. Marc. i. Luc. v. Anno xxxi.



A. Thabor mons, vbi Christus Apostolos docuerat.

B. Locus campestris ad montis radicem.

C. Capharnaum, quo iter habebat IESVS.

D. Domuncula leprosi extra Capharnaum.

E. Leprosus adorans Christum sanatur.

F. Leprosus Hierosolymam iussus proficiscitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM DOMINICA III. POST EPIPHAN.

Sanatur ſeruus Centurionis. 27

Matth. viij. Luc. vij. *Anno xxxi.* xiij



A. *Capharnaum.*
B. *Seniores Iudæorum, quos primum miſerat Centurio.*
C. *Hi, tum alij, quos rurſum miſerat, orantes* IESVM.
D. *Centurio ipſe conſequitur, et orat* IESVM.
E. *Fidem eius* IESVS *miratur, et laudat.*
F. *Domi puer Centurionis illo abſente ſanatur.*
G. *Domum omnes reuertuntur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA V. POST DOMIN. IIII. QVADRAG.

Ad Naim ſuſcitatur filius Viduæ.

Luc. vij. Anno xxxi.



A. *Capharnaum, vbi fuerat ſeruus Centurionis ſanatus, inde venit* IESVS *Naim.*

B. *Naim ciuitas in tribu Iſachar.*

C. *Pompa funeris, turba flet, & mater miſerabiliter ſe affligit.*

D. *Videt eam* IESVS, *conſolatur; Noli flere, tangit loculum, ſtant portitores, adoleſcentem à mortuis excitat.*

E. *Fit celebre hoc miraculum, vnde Ioannes accipit occaſionem mittendi diſcipulos ad* IESVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA IIII. POST EPIPHAN.

Sedat procellam maris IESVS.

Matth. viij. Marc. iiij. Luc. viij. *Anno xxxi.* 29 xiiij



A. *Capharnaum, vnde* IESVS *nauim conscendit.*
B. *Regio Gerasenorum.*
C. *Quatuor venti è suis sedibus erumpunt.*
D. *Mare atroci tempestate agitatur.*
E. *Nauis impletur fluctibus. Periclitantur.*
F. IESVS *dormit in puppi.*
G. *Discipuli perturbati eum excitant, petunt opem: consequitur tranquillitas.*
H. *Aliæ naues idem Passæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST.

Sanatur paralyticus.

Matth. ix. Mar. ij. Luc. v. Anno xxxi.



A. *Domus in vrbe Capharnaum.*
B. *Ibi ſedebat docens* IESVS, *ſedebant ſimul Phariſæi, et legis Doctores.*
C. *Aderat plurima multitudo ad ianuam, quam domus recipere non poterat, & erat virtus Domini ad ſanandum eos.*
D. *Allatum paralyticum cum præ turba non poſſent inferre, nudauerunt tectum.*
E. *Funibus demiſſum ſtatuunt ante* IESVM.
B. *Videns* IESVS *fidem illorum, ait paralytico: Remittuntur tibi peccata tua.*
C. *Hoc taciti damnant blaſphemiæ Iudæi.*
B. *Sanat* IESVS *paralyticum; quo facto oſtendit eiuſdem eſſe remittere peccata, & ſanare paralyticum.*
E. *Surgit paralyticus, tollit grabatum, & abit.*
C. *Mirantur omnes, et magnificant Deum, vt virtus Dei exerta videretur ad ſanandum eos.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Capharnaum, quo nauigauerat* IESVS.
B. IESV *loquente, parabolam de aſſumento panni rudis.*
C. *Accedit princeps Synagogæ Iairus, rogans vt sanet filiam eius.*
D. *Sequebatur illum* IESVS, *& comprimebatur à multis.*
E. *Et ecce mulier Hæmorrhoiſſa penetrans ad pedes eius, tangit eius fimbriam, et ſanatur.*
F. IESVS *inueſtigat adeò diligenter, quis eum tetigiſſet.*
G. *Vt ſe proderet coram turba Mulier, remq; omnem confiteretur.*
F. *Confirmat eius ſanitatem* IESVS *dicens: Vade in pace, & eſto ſana à plaga tua.*
H. *Adhuc loquente* IESV, *veniunt ad Iairum nunciantes mortuam eſſe puellam,* IESVS *Iairi fidem confirmat.*
I. *Venit cum eo domum, flentes & tibicines, & turbam excludit.*
K. *Cum ſolis parentibus, & Petro, & filijs Zebedæi ingreditur ad mortuam.*
L. *Tenet manum puellæ, & clamat Talitha Cumi, & confeſtim ſurrexit puella.*
M. IESVS *cibum illi apponi imperat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA II. ADVENTVS.

Mittit Ioannes duos discipulos ad IESVM.

Matth. xi. Luc. vij. Anno xxxi.



A. *Macheruntis carcer in tribu Ruben, vnde mittit Ioannes discipulos.*
B. *Iordanis, post quem Macherus.*
C. *Duo discipuli Ioannis venientes.*
D. *Naim, vbi suscitatus fuerat filius Viduæ; quæ causa fuit, cur Ioannes discipulos mitteret.*
E. *IESVS cum discipulis suis.*
F. *Perueniunt discipuli Ioannis.*
G. *Coram eis sanat IESVS cæcos, claudos, &c.*
H. *Redeunt ad Ioannem eius quidem discipuli, sed iam magis Christi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XII. POST PENTEC.

Incidit in latrones viator.

Luc. x. *Anno xxxii.*



A. *Capharnaum, vbi Legis peritus tentat* IESVM.
B. *Reges & Prophetæ, qui desiderarunt videre, quæ discipuli videbant, & non viderunt.*
C. *Hierusalem ad occidentem.*
D. *Hiericus ad orientem; in medio spatio montes Dommim, vbi viator incidit in latrones.*
E. *Adoriuntur viatorem latrones, spoliant, vulnerant, & semiuiuo relicto abeunt.*
F. *Præterit miserum hominem Sacerdos, illac iter faciens.*
G. *Similiter Leuita.*
H. *Samaritanus autem videns, venit ad eum; alligat vulnera eius, &c.*
I. *Impositum iumento ducit in stabulum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA V. POST. DOM. PASSIONIS

Vngit pedes IESV Magdalena

Luc. vij. Anno xxxi.



A. Capharnaum, vbi hæc facta memorantur.
B. Rogat Phariſæus IESVM, vt manducet ſecum.
C. Accumbit Phariſæus, IESVS, & Apoſtoli.
D. Magdalena rigat pedes IESV lacrymis, tergit capillis, oſculatur, vngit vnguento.
E. Pharisæus hæc videns, indigne fert.
F. Reſpondet benigne illi IESVS, per parabolam duorum debitorum.
G. Pueri ad menſam conſiſtentes, diligenter miniſtrant.
H. In circulo parabola expreſſa cernitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA VI. POST DOMIN. III. QVADRAG.

De Samaritana.

Ioannes iiij. *Anno xxxij.* *li*



A. *Samaria regio, vbi vrbs Samaria, seu Sebaste.*
B. *Sichem siue Sichar, nec procul hinc puteus Iacob.*
C. *IESVS fatigatus ex itinere, sedet sic super fontem.*
D. *Mulier veniens ad hauriendam aquam.*
E. *Hanc diuine Christus alloquitur.*
F. *Emunt in foro Sichar cibos Apostoli.*
G. *Redeunt: mirantur cur IESVS cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM FERIA.

De eadem Samaritana.

Eodem cap. Anno xxxij. lij



A. *Cum audiſſet à* IESV *Samaritana, Ego ſum Chriſtus; relicta hydria, currit in civitatem.*

B. *Narrat de* IESV.

C. *Præeunte muliere, tota ſe effundit Civitas ad* IESVM.

D. *Interea vrgent* IESVM *Apoſtoli, vt manducet.*

E. *Reſpondet, alium ſe cibum habere quem manducet.*

F. *Venit* IESVS *Sichar, & manſit ibi duos dies; Multo plures credunt quam antea.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XX. POST PENTECOSTEN

Filium Reguli ſanat IESVS

Ioan. iiij. Anno xxxij. cxliiij



A. *Cana minor in tribu Zabulon.*
B. *Capharnaum, vnde egreſſus Regulus pergebat ad Canam.*
C. IESVS *in Cana.*
D. *Peruenit ad eum Regulus, ſupplex orat, vt deſcendat Capharnaum, et ſanet filium.*
C. IESVS *dixit illi; Niſi ſigna et prodigia videritis, &c.*

D. *Vrget Regulus, Domine deſcende, priuſquam moriatur filius meus.*
C. *Dicit ei* IESVS. *Vade filius tuus viuit.*
D. *Credidit: & ibat.*
E. *Occurrunt illi ſerui nunciantes, filium eius viuere; intelligit illum hora eadem, qua dixerat* IESVS, *conualuiſſe.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA SEXAGESIMAE

Parabola Seminantis.

Matt. xiij. Marc. iiij. Luc. viij. Anno xxxij. xvij



A. IESVS sedens in naui, ad littus iuxta Capharnaum, docet.
B. Agricola sementem faciens.
C. Cadit semen in viam.
D. Cadit in petrosa.
E. Cadit in spinetum.
F. Cadit in terram bonam, & facit vnum, centesimum fructum, aliud, sexagesimum, &c. Parabolam explicat Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM.

Parabola de Zizanijs.

Matt. xiij. Anno xxxij.



A. IESVS è naui ad Capharnaum docet.
B. Pater familias bonum semen seminans.
C. Dæmon zizania seminat ibidem noctu.
D. Seges maturescens.
E. Serui mirantur nata esse zizania, eaque volunt eradicare, & agrum a noxijs herbis perpurgare.
F. Pater familias prohibet fieri.
G. Seges matura.
H. Pater familias iubet,
I. Zizania collecta comburi.
K. Triticum condi in horreum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA II. POST DOMIN. III. QVADRAG.

Male accipitur IESVS *in patria.* 40

Matth. xiij. Marc. vi. Luc. iiij. Anno xxxij. xlvij



A. *Nazareth in tribu Zabulon.*

B. *Synagoga vbi ex libro docet* IESVS; *mirantur primum, deinde obloquuntur ciues.*

C. IESVS *eos ad sanitatem iudicij exemplis reuocat.*

D. *Elias, cui Sareptana Vidua inseruiuit.*

E. *Monasterium, seu domuncula Elisæi, ad quem Naaman Syrus cum venisset, sanatus est in Iordane.*

F. *Nihil loci relinquunt truces Nazarethani: propellunt* IESVM *ad supercilium montis, vt inde dent præcipitem.*

G. *Noluit* IESVS *eam mortem subire, sed transiens per medium illorum ibat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA IIII. QVADRAGESIMÆ.

Quietem agunt discipuli iubente Christo, postea nauigant trans mare. 41

Matth. xiiij. Marc. vi. Luc. ix. Ioan. vi. Anno xxxij. liiij



A. *Dimittens turbas* IESVS, *ostendit quò esset trans mare venturus.*

B. *Desertum inter Capharnaum, & Bethsaidam occidentalem: vbi præcipit discipulis, vt paulisper requiescant.*

C. *Otium agunt discipuli præsente Christo.*

D. *Turbæ, quæ ad angustias Iordanis properant, vt transmittant.*

E. *Conscendit nauim cum discipulis* IESVS.

F. *Nauigat placide, quò turba præuenerat, vt Christus voluerat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM DOMINICA

Docet, et ſanat languidos. Diſtribuuntur turbæ, quaſi per contubernia. 42 lv

Eiſdem cap. Anno xxxij.



A. *Egreſſus in littus Bethſaidæ orientalis, ſecedit in montem.*

B. *Progreſſus ad turbas, loquitur de regno Dei; ſanat qui cura indigebant.*

C. *Veſpere facto, ſolicite & varie interrogat diſcipulos, vnde alendæ ſint turbæ.*

D. *Indicat Andreas puerum, qui haberet quinque panes hordeaceos, et duos piſces.*

E. *Iubet turbas conſidere, centenos, & quinquagenos.*

F. *Accipit panes, & piſciculos; benedicit ſuſpiciens in cœlum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM DOMINICA.

Satiat quinque millia hominum. 43
Eiſdem cap. Anno xxxij. lvi



A. *Chriſtus igitur cum panes fregiſſet, & piſces, dat diſcipulis frangendos, & diſtribuendos.*

B. *Diſtribuunt Apoſtoli, & diſcipuli per omnia contubernia, & ſaturantur omnes.*

C. *Ex reliquijs colliguntur duodecim cophini.*

D. *Compellit nauigare diſcipulos in terram Geneſar.*

E. *Secedit in montem orare, dimiſſis turbis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SABBATHO POST CINERES.

Ambulat ſuper mare IESVS.

Matth. xiiij. Marc. vi. Ioan. vi. *Anno xxxij.*



A. *Multitudo deliberans de creando Rege* IESV.
B. *Hoc cum ſciret* IESVS, *primum præire diſcipulos, & mare tranſmittere iubet.*
C. *Secedit deinde ſolus in montem, vt oret.*
D. *Mare Galilææ, ſiue Tiberiadis, ſiue Geneſareth.*
E. *Nauis in medio mari iactatur fluctibus, laborant remigando diſcipuli.*
F. IESVS *ambulans ſuper mare, nauim præterire velle ſe ſimulat.*
G. *Perturbantur diſcipuli, & quaſi ad phantaſma exclamant.*
F. *Dicit illis* IESVS, *Ego ſum; nolite timere.*
H. *Petrus, concedente* IESV, *deſilit in mare; titubans incipit mergi; eum* IESVS *à præſenti periculo eripit.*
I. *Appellunt in terram Geneſareth.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Concurrunt ad* IESVM *turbæ, iuxta mare Galilææ.*
B. *Oblatum dæmoniacum, cæcum, & mutum ſanat.*
C. *Phariſæi inuidia commoti dicunt, In Beelzebub, &c.*
D. *Admirantur turbæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA IIII. POST DOMIN. I. QVADRAGES.

Quærunt ſigna à IESV Iudæi.

Matt. xij. Luc. xi. Anno xxxij.




A. Domus in Capharnaum.
B. Malitioſe ſignum petunt quidam de Scribis & Phariſæis.
C. Chriſtus zelo ſpiritus reſpondet illis ſeuere: Generatio mala, &c.
D. Ionas fugit: Abſorbetur, & euomitur à Ceto; Venit Niniuem: Concionatur.
E. Salomon in throno gloriæ ſuæ, ad quem venit Regina Saba.
F. Homo, à quo vnus dæmon exierat.
G. In eum irruunt ſeptem alij nequiores diaboli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA VI. POST DOMIN. I. QVADRAG.

Sanatur Languidus.

Ioan. v. Anno xxxij. xxxij



A. *Piscina Bethsaida Hierosolymis, iuxta portam gregis, vbi languidi, & pecora lauabantur.*

B. *Superne adscribitur Angelus, qui in piscinam descendere solebat.*

C. *Venit ad piscinam* IESVS, *dicit languido; Vis sanus fieri?*

D. *Respondet languidus; Domine, hominem non habeo, &c.*

C. *Sanat eum* IESVS; *& præcipit, vt tollat grabatum suum.*

E. *Tollit grabatum paralyticus, & vadit domum: increpant eum Iudæi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XVI. POST PENTECOST.

Sanatur hydropicus. 48

Luc xiiii. *Anno xxxii.* cxl



A. *Domus Principis Phariſæorũ in Capharnaũ.*
B. IESVS *ingreſſurus domum.*
C. *Hydropicus ante eum ſtans.*
D. *Obſeruant eum Phariſæi.*
B. *Respondet eis* IESVS; *Si licet Sabbatho curare?*
D. *Ipsi tacent.*
B. IESVS *apprehenſum ſanat hydropicum, & ſubdit parabolam de aſino, qui in puteum inciderit.*
E. *Extrahunt aſinum de puteo die Sabbathi.*
F. *Menſa & conuiuium, in quo iubetur vnus à primo ad vltimum locum deſcendere; contra alter aſcendere.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vocatio ad cœnam magnam.



A. *Capharnaum, & domus Principis Phariſæorum.*
B. *Homo, qui parauerat cœnam magnam mittit ſeruum ad inuitatos; afferunt ſinguli ſuas excusationes.*
C. *Primus dicit; Villam emi.*
D. *Alter; Iuga boum emi quinque.*
E. *Alius; Vxorem duxi.*
F. *Omnibus, qui vocati erant, ſe excuſantibus, dicit ille ſeruo; Exi in vicos, & plateas ciuitatis, & pauperes, debiles, cæcos, & claudos introduc.*
G. *His introductis, dicit ſeruus, adhuc eſſe locum vacuum, Dominus ait; Exi in vias & ſepes, & compelle intrare; quod facit ſeruus.*
H. *Paratur cœna, & in hac vita, gratiarum, & in cœleſti, gloriæ. Nemo tamen eorum, qui ſe excuſarunt, guſtabit cœnam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA III. POST DOMIN. PASSIONIS.

Non aſcendit ad feſtum IESVS: quærunt eum Iudæi.
Ioan. vij. *Anno xxxii.*



A. *Galilæa vbi Chriſtus verſabatur.*
B. *Iudæa vbi nolebat verſari.*
C. IESVM *vrgent in Galilæa cognati, vt aſcendat ad feſtum.*
D. *Venit non tunc, ſed poſtea Hieroſolymam.*
E. *Tabernacula repræſentant feſtum Scenopegiæ diem.*
F. *Varia conuenticula, vbi variæ iactantur voces de* IESV, *bonus eſt, non eſt, ſed, &c.*
G. *Venit in templum, primum, non manifeſte, ſed quaſi occultè; poſtea, ad medium diem feſti, manifeſtè.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. Templi atrium secundum, vbi ad dimidiatum festum Scenopegiæ, quasi in occulto mansit IESVS.

B. Die festo mediante docet, cum varij de eo sermones fuissent.

C. Moyses cum tabulis legis significat quod dixit; Nemo ex vobis seruat legem.

D. Inflammantur in IESVM Iudæi, dicunt dæmonium habes, &c.

B. Respondet IESVS benignè, & docet sapienter.

E. Piscina, vbi sanatus fuerat paralyticus Sabbatho, quod reprehendebant Iudæi.

F. Dæmunculi, significant Iudæorum sæuum animum contra IESVM.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA II. POST DOMIN. PASSIONIS.

Mittunt Iudæi ministros, vt IESVM comprehendant. 52
Ioan. vij. Anno xxxij. lxvi



A. *Hierosolyma ramis ornata, in festo Tabernaculorum.*

B. *Turba, quæ crediderat, Christum profitetur.*

C. *Templum, vnde armati mittuntur à Principibus, & Phariſæis ad comprehendendum* IESVM.

D. IESVS *cum discipulis benigniſſime excipit ſatellites, & eorum corda diuinitus emollit, vt dicerent redeuntes; Numquam ſic loquutus eſt homo.*

E. *In nouiſſimo die feſtiuitatis, clamabat* IESVS; *Si quis ſitit, veniat, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. Templum, vbi medio Scenopegiæ die festo, Christus gloriosè docuerat.
B. Postridie Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, ad IESVM item docentem, adducunt.
C. Christus, Scribæ, Pharisæi, & mulier.
D. Accusant, & malitiosè interrogant, quid de ea censeat.
E. IESVS tacitus scribit in terra.
E. Deinde erigit se, & dicit; Qui sine peccato est, &c.
F. His illi auditis, exibant vnus post alium, incipientes à Senioribus.
E. Rursum scribit in terra IESVS.
G. Reliqui sese proripiunt.
H. IESVS mulierem absolut; Vade, & iam amplius noli peccare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SABBATHO POST DOMIN. IIII. QVADRAG.

Docet IESVS *in templo.* 54

Ioan. viij. Anno xxxij. lxiiij



A. *Liberata Adultera, iterum docet* IESVS.

B. *Gazophylacium; ibi enim tunc docebat.*

C. *Dicit se mundi esse lucem.*

D. *Indigne id accipiunt multi, & cum eo altercantur.*

C. *Respondet illis* IESVS *docet, & arguit.*

E. *Pater æternus à quo se missum testatur* IESVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Incredulis prædicit damnationem IESVS.

Ioann. viij. *Anno xxxij.* *xxxiiij*



A. *Exterius atrium templi, vbi Christus docebat.*
B. *IESVS acriter Iudæos vrget.*
C. *Respondent acerbe; Nunquid interficiet semetipsum?*
D. *Resurrectio.*
E. *Ascensio; de quibus significabat cum dicebat; Quo ego vado, vos non potestis, &c.*
F. *Infernus paratus, quia dixerat; in peccato vestro moriemini.*
G. *Tabernacula appinguntur, erat enim festum Tabernaculorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA PASSIONIS.

Acerrima confutatio Iudæorum, & eorum contra IESVM conatus. 56

Ioan. viij. *Anno xxxij.* lxv



A. *Idem locus Gazophylacij.*
B. *Dicit* IESVS *turbis, & Principibus Sacerdotum; Quis ex vobis arguet me de peccato? &c.*
C. *Dæmones obsident turbam, et Principes; vt eorum furor in contumelia iactanda notetur. Samaritanus es. Dæmonium habes.*
B. *Respondet* IESVS *suauissimè.*
C. *Ipsi verò magis efferuntur.*
D. *Apostoli mirantur & obstupescunt.*
E. *Abraham contemplatur in spiritu mysteria Christi.*
C. *Produnt tandem malitiam suam Iudæi, arripiunt lapides, vt eum lapident.*
F. IESVS *qui absconderat se, & exierat è templo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Templum, vnde egreſſus fuerat* IESVS, *& abſconderat ſe, cum eum volebant lapidare Iudæi.*

B. *Cæcus ſedens, & mendicans non procul à templo.*

C. *Chriſtum interrogant Apoſtoli, quis peccauit, reſpondet* IESVS, *& docet eos.*

D. *Expuit Chriſtus in terram, facit lutum.*

E. *Inungit oculos cæci; iubet lauari.*

F. *In natatoria Siloe, iuxta ruinam turris, quæ oppreſſit xviij. homines.*

G. *Lauit cæcus, redit videns.*

H. *Varia contentio, primum inter vicinos, hic eſt, non eſt, ſed ſimilis ei &c.*

I. *Ducitur ad Phariſæos; interrogatur; fit ſchiſma inter eos.*

K. *Vocantur parentes, qui vix audent dicere.*

L. *Exiſtit rurſus acrior, inter Phariſæos, & eum, qui cæcus fuerat, contentio.*

M. *Phariſæi demum hominem execrati, è Synagoga eijciunt.*

N. *Inuenit itaque eum Chriſtus ac recipit, ſeq; illi Dei Filium eſſe declarat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA II. POST PASCHA.

De Pastore bono, ostio, ostiario, ouili. 58

Ioan. x. Anno xxxij. cxxi



A. *Venit ad hanc parabolam Christus post sanatum Cæcum natum, & Iudæorum inde natam disceptationem.*

B. IESVS *docet Pharisæos, profitetur se bonum Pastorem, ostium, & ostiarium ouilis sui.*

C. *Dimicat legitimus Pastor cum lupo fortiter.*

D. *Mercenarius & ignauus fugit, & lupus dispergit oues.*

E. *Fit omnium ouium vnum ouile, & vnus Pastor.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. Templum coronis ornatum Encæniis, & porticus Salomonis in ſecundo atrio.
B. Inſidioſe quærunt Iudæi à Chriſto ambulante in porticu; Quouſque animam noſtram tollis?
C. Reſpondet illis IESVS diuine, & profitetur ſe Dei Filium.
D. Deus Pater, quem ſuum Patrem profitebatur IESVS.
E. Se produnt perfidi, corripiunt lapides, vt eum lapident.
C. Respondet illis mitiſſime, & ſapientiſſime IESVS.
F. Demque exit de manibus eorum.
G. Bethabara, quò iter intendit IESVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA IIII. POST DOMIN. III. QVADRAG.

Explicat doctrinam de traditionibus 60

Matth. xv. Marc. vij. Anno xxxij. xlix



A. *Terra Geneſar. ad quam applicuerat* IESVS, *poſtquam ſeruauit in mari Petrum.*

B. *Adoriuntur Phariſæi & Scribæ* IESVM, *accuſantes diſcipulos, quòd traditiones ſeniorum non ſeruarent.*

C. *Damnat* IESVS *traditiones pugnantes cum Verbo Dei, non quæ cum eo congruunt.*

D. *Deſignantur variæ Iudæorum, & vanæ traditiones.*

E. *Diſcipuli aſſident menſæ, vbi nullum eſt veſtigium lauationis.*

F. *Templum, vbi propter Korban, patri filius ſubuenire prohibetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Regio Tyri, & Sidonis in Phœnice.*
B. *Domus in pago, vbi voluit latere* IESVS.
C. *Tyrus non longe.*
D. IESVM *primum intellige domum ingressum, quem secuta est mulier.*
E. *Egressum consequitur; clamat; rogant pro ea discipuli. Respondet illi tandem* IESVS; *O mulier, &c.*
F. *Domus Cananææ, & in ea liberata filia à dæmonio.*
G. *Edunt catelli de micis cadentibus de mensa dominorum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XI. POST PENTEC.

Sanat IESVS ſurdum & mutum. 62

Marc. vij. Anno xxxij. cxxxvi



A. *Tyrus vrbs.*
B. *Et ad vigesimum milliare Sydon.*
C. *Sarepta ad nouem milliaria à Sydone versus Tyrum.*
D. *Christus iter faciens trans Iordanem, per medios fines Decapoleos.*
E. *Non longe à mari Geneſar. offerunt illi ſurdum & mutum, ſanandum.*
F. *Ducit illum IESVS à turba ſeorſum, & immittit illi digitos in auriculas.*
G. *Expuens in palmam ſuam, tetigit ſaliua linguam eius, & dixit illi Epheta.*
H. *Audit & loquitur recte ſurdus & mutus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. Paneas regio, vnde IESVS in Thabor montem proficiscitur.
B. Relictis aliis discipulis ad radices montis cum turba, Petrum, Iacobum, & Ioannem secum in cacumen assumpsit.
C. Thabor in campo magno Galilææ Esdrelon.
D. IESVS in planicie montis, cuius redundat gloria animæ in corpus, quæ fuit transfiguratio. Adsunt Moyses, & Elias.
E. Euigilantes quasi è somno discipuli, vident IESVM transfiguratum; & Petrus ait; Bonum est nos hic esse, &c.
F. Adhuc eo loquente, ecce, nubes obumbrauit eos; & fit vox Patris è cœlo, &c.
G. Moyses in limbum.
H. Elias in paradisum terrestrem raptus, cum Apostoli ad vocem cecidissent in terram.

Dominica ij. Quadragesimæ, idem Euangelium legitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA VIII. POST PENTECOST.

Villicus accusatur. 64

Lucæ xvi *Anno xxxiij.* cxxxiiij



A. *Christus ad Bethabaram docens discipulos.*
B. *Homo diues apud quem accusatur Villicus, quod bona eius dissipasset.*
C. *Astat Villicus tristis, male sibi conscius, nec se defendit.*
D. *Abscedit miser, init varia consilia; tandem illud placet, vt partem eorum, quæ Domino debentur, remittat debitoribus, vnde fiant in ipsum benigni.*
E. *Vni remittit quinquaginta cados olei è centum.*
F. *Alij viginti coros tritici ex pari numero.*
G. *Significatur colligi ex parabola laudandam eleemosynam, & hominem qui erogat stipem large pauperibus.*
H. *Eidem homini moribundo astant Angeli consolantes animam, & excepturi è corpore discedentem.*

DOMINICA IX. POST PENTEC.

De huius Euangelij duplici historia descriptæ sunt suæ imagines in Dominica in ramis Palmarum. 85. 86. 87.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA III. POST PENTEC.

De oue centesima, & decima drachma perdita. 65

Matt. xviij. Luc. xv. Anno xxxiij. cxxx



A. *Locus, vbi fuerat Ioannes baptizans, ad Bethabaram trans Iordanem.*
B. *IESVS cum discipulis.*
C. *Accedunt ad IESVM publicani, & peccatores, vt eum audiant.*
D. *Obmurmurant Pharisæi, & Scribæ, idque fastidiunt.*
E. *Nonaginta nouem oues ad caulas relictæ in deserto, vna perdita.*
F. *Pastor inquirit ouem oberrantem.*
G. *Inuentam reportat humeris ad ouile gaudens.*
H. *Domum rediens, conuocat, & inuitat ad congratulandum amicos.*
I. *Accensa lucerna mulier euertit domum, et inquirit decimam drachmam amissam.*
K. *Inuenta ea, conuocat amicas, & inuitat ad sibi congratulandum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Ad Bethabaram post Encænia* IESVS *docet.*
B. *Contra inhumanitatem Pharisæorum Christus parabolam dicit.*
C. *Venit ad patrem adolescentior vecors filius, petit suam partem substantiæ.*
D. *Congregatis omnibus, discedit à patre peregre in Regionem longinquam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Arripit primam occasionem luxuriosè, profuseque viuendi.*
B. *Ita per luxum cõsumptis omnibus, extruditur à meretricibus; à parasitis deridetur; ab omnibus deseritur; fit miser.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM SABBATHO

Fit ſubulcus

Eodem cap. *Anno xxxiij.* xliiij



A. *Ad ſummam egeſtatem redactus, locat fœde ſuam operam paſcendis porcis; & ne ibi quidem vel ſiliquis poteſt explere famem.*

B. *Redit ad ſe tandem; meditatur reditum ad patrem, & verba quibus illum obſecret.*

C. *Deſerit ærumnoſam vitam; pergit ad patrem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM SABBATHO.

Accipit illum pater benigniſsime. 69

Eodem cap. Anno xxxiij. xlv



A. *Occurrit ei pater longe; ruit in amplexum; filium oſculatur.*

B. *Dicit ſupplex patri adoleſcens; Pater peccaui, &c. Nec patiuntur viſcera patris totam eius orationem audire.*

A. *Iubet eum veſtiri, & ornari, & apparari conuiuium.*

C. *Afferunt ſerui ſtolam primam, calceos, annulum.*

D. *Vitulus ſaginatus occiditur.*

E. *Conuiuium inſtruitur.*

F. *Redit ex agro ſenior filius. Is rem cognitam indigne fert. Egreſſus etiam ad hunc pater, benigne rogat & placat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA III. POST DOMIN. III. QVADRAG.

Docet humilitatem discipulos, & correctionem fraternam. 70

Matt. xviij. Marc. ix. Luc. ix. *Anno xxxiij.* xlviij



A. *Descendens è transfiguratione* IESVS *versatur in Galilæa.*

B. *Venit Capharnaum, vbi hoc euenit.*

C. *Cum vidissent solutum tributum pro Petro & IESV, excitantur Apostoli in contentionem, quis eorum videretur esse maior.*

D. *Reuocat eos ad humilitatem* IESVS, *& simplicitatem, exemplo paruuli.*

E. *Inde incipit explicare doctrinam de correctione fraterna; & solus peccator admonetur.*

F. *Adhibetur vnus aut alter testis.*

G. *Tandem defertur ad Ecclesiam, vel Præsulem Ecclesiæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XXI. POST PENTEC.

De singulari inhumanitate serui regij & ingratitudine. 71
Matt. xviij. Anno xxxiij. cxlv




A. IESVS docens Petrum, & Apostolos.
B. Sedet Rex in throno suo; assistit concilium rationem instituit ponere cum seruis suis.
C. Offertur illi seruus, qui fisco debebat decem millia talenta.
B. Imperat Rex vendi illum, & vxorem, & filios, cum non esset soluendo.
C. Procidens seruus orat Regem; Patientiam habe in me, &c.
B. Misertus Rex dimittit illum, atque debitum simul remittit.
D. Hic tamen homo ingratus obuium habet, qui ei debebat centum denarios, quem crudeliter accipit.
E. Et male mulctatum conijcit in carcerem, donec denarios restituat.
F. Quod videntes conserui, indignissime ferunt.
G. Deferunt ad Regem hominis crudelitatem intolerabilem.
H. Concepta Rex iusta indignatione, acerbe obiurgatum tradit tortoribus, donec reddat vniuersum debitum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA SEPTVAGESIMAE

De conuentione ex denario diurno.

Matt. xx. *Anno xxxiij.*



A. IESVS *in itinere, à Galilæa ad fines Iudææ trans Iordanem, docet.*
B. *Pater familias primo mane conducit operarios.*
C. *Idem facit hora tertia.*
D. *Idem sexta.*
E. *Idem nona.*
F. *Tandem circa horam vndecimam idem facit. Designantur autem horæ in circulis, per solem super horizontem.*
G. *Vinea, quò mittuntur operarij, & varie occupantur.*
H. *Dominus vineæ, siue Pater familias præscribens procuratori.*
I. *Procurator exequitur mandatum, & æqualiter omnibus enumerat: primi conqueruntur, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. IESVS in finibus Iudææ trans Iordanem, vbi hæc docuit.
B. Epulonis conuiuium splendidum; ipse indutus purpura, & byſſo, &c.
C. Symphoniaci psallunt ad epulas.
D. Dæmones auctores tantæ nequitiæ obsident cœnationem & domum.
E. Lazarum ad ianuam Diuitis iacentem, vlceribus plenum, nemo reficit, ne micis quidem, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM FERIA.

De morte Epulonis & Lazari.

Eodem cap. Anno xxxiij.



A. *Epulo cum morte luctatur; abripitur à diabolis eius anima; sepelitur in inferno.*

B. *Miserè se affligit vxor, et tota familia.*

C. *Diripitur à furibus domus.*

D. *Effodiunt sepulcrum Epulonì in terra homines, vt in inferno dæmones.*

E. *Contra; Lazarum morientem excipit lux, & Angeli portandum in limbum Patrum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. Id ſpatium terræ, quod intercedit inter limbum Patrum, & terræ ſuperficiem.
B. Limbus Patrum, vbi Abraham, et Lazarus.
C. Limbus puerorum, quò nec lux è limbo Patrum, neque ardor ex purgatorio pertinet.
D. Purgatorium, vbi animæ diuina vi mauque purgantur.
E. Globus inferni, vnde Abrahamum Epulo nequicquam rogat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Bethania Caſtellum Mariæ & Marthæ.*
B. *Lazarus grauiter ægrotans decumbit, inſeruiunt ei ſorores.*
C. *Mittunt nuncios ad* IESVM *Bethabaram.*
D. *Bethabara, oppidum trans Iordanem, in tribu Ruben.*
E. *Deueniunt ad* IESVM *nuncij & tamen hæret Bethabaræ, donec veniat ad quatriduanum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM FERIA VI.

Venit IESVS Bethaniam.

Eodem cap. Anno xxxiij.



A. *Venit* IESVS *à Bethabara Bethaniam.*
B. *Nunciant Marthæ nuncij venisse* IESVM.
C. *Occurrit Martha* IESV, *vbi subsistebat iuxta sepulchrum Lazari, nec procidit ad pedes sedula & actuosa virgo; fratrem vix credit ad vitam posse reuocari.*
D. *Abit, vocat Mariam ad* IESVM.
E. *Hæc procidit ad pedes* IESV, *plorat; collacrymantur Iudæi.*
F. *Infremit* IESVS, *turbat se, lacrymatur; quærit, vbi eum posuerint.*
G. *Sepulchrum Lazari.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM FERIA VI.

Suſcitat Lazarum IESVS.

Eodem cap. Anno xxxiij.



A. *Dixerat Martha et alij* IESV; *Veni & vide.*
B. *Venit* IESVS *ad ſepulcrum, iubet tolli lapidem.*
C. *Tollunt Apoſtoli.*
B. *Orat Chriſtus ſublatis oculis in cœlum; deinde clamat voce magna; Lazare, veni foras.*
D. *Prodit Lazarus ligatus, vt erat; quem* IESVS *iubet ſolui & abire.*
E. *Soluunt Apoſtoli, abire ſinunt.*
F. *Stupent omnes. Multi ex Iudæis credunt in* IESVM.
G. *Venit* IESVS, *& Lazarus cum ſuis domum, inde in Ephrem ſecedit.*
H. *Aliqui Iudæi veniunt ad Phariſæos, & nunciant, quæ fecerat* IESVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA VI. POST DOMIN. PASSIONIS.

Concilium de nece IESV.

Ioan. xi. Anno xxxiij.



A. *Bethania, et Lazari ſuſcitatio, vnde occaſionem ſumpserunt Iudæi contra* IESVM.

B. *Concurſus omnium ad* IESVM, *qui ne fieret pertimeſcebant Iudæi.*

C. *Exercitus Romanorum, quos formidabant, ne gentem Iudæorum delerent.*

D. *Cathedra et conſeßus nefarius Principum & Phariſæorum.*

E. *In cathedra Caiphas ſceleratus Pontifex vaticinatur* IESVM *occidendum &c.*

F. *Secedit aliquot dies* IESVS *Ephrem, vt tempore â Patre conſtituto patiatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA QVINQVAGESIMAE.

Prænunciat IESVS ſuam crucem Apoſtolis. 80

Matt. xx. Marc. x. Luc. xviij. Anno xxxiij. xviij



A. *Ephrem vrbs, quo ſeceſſerat Chriſtus, poſt ſuſcitatum Lazarum.*
B. *Hieroſolyma, vbi habetur concilium apud Caiphan, de nece Chriſti* IESV.
C. *Chriſtus Iericuntim, et Hieroſolymam aſcendens, mira alacritate diſcipulos præit.*
D. *Conuerſus ſecreto eis ſuam ipsius mortem prænunciat.*
E. *A Iuda proditur, traditur gentibus.*
F. *Mortis damnatur à Principibus, &c.*
G. *Traditur Pilato præſidi.*
H. *Flagellatur.*
I. *Coronatur ſpinis, quod intelligitur, verbo illuditur.*
K. *Conſputur; arundine, colaphis, alapis verberatur.*
L. *Crucifigitur.*
M. *Gloriosè reſurgit à mortuis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA IIII. POST DOM. II. QVADRAGESIMAE.

Petitio matris filiorum Zebedæi. 82

Matt. xx. Marc. x. Anno xxxiij. xxxvi



A. *Regio circa Hiericunta, qua iter habebat* IESVS, *antequam cæcum sanaret in Iericho.*

B. IESVS *cum discipulis.*

C. *Maria Salome accedit, & petit à Christo pro filijs, vt sedeant, &c.*

B. *Respondet illis* IESVS; *Nescitis &c.*

D. *Herodes Agrippa interficit Iacobum Hierosolymis.*

E. *Christus crucifixus, quia meminit calicis, quem erat bibiturus.*

F. *Ioannes missus à Traiano in dolium feruentis olei Romæ ante portam Latinam.*

Priori Euangelij huius parti subseruiet imago, & annotatio prioris item partis Euang. Quinquagesimæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA II. MAIORIS HEBDOMADAE.

Cœna apud Simonem Leprosum. 84

Matt. xxvi. Marc. xiiij. Ioan. xij. Anno xxxiij. lxxi



A. *Hierico vnde Bethaniam venit* IESVS.
B. *Bethania.*
C. *Domus Simonis leprosi.*
D. *Veniunt multi Hierosolymis, non tantum ob* IESVM, *sed vt Lazarum videant.*
E. *Cœnat* IESVS; *& Lazarus vnus est è discumbentibus.*
F. *Iudæi astantes coniectis oculis in Lazarum.*
G. *Martha ministrat.*
H. *Ministrant alij.*
I. *Christi animum contemplare, mortem meditantis.*
K. *Magdalena vngit pedes* IESV. *Et capillis extergit.*
L. *Effringit deinde vas vnguenti, et super caput eius effundit.*
M. *Iudas acerbissimè fert effusionem vnguenti.*
N. *Iudam agit præcipitem dæmon ad Principes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA IN RAMIS PALMARVM.

Ducitur asina & pullus ad IESVM. 85

Matth. xxi. Marc. xi. Luc. xix. Ioan. xij. Anno xxxiij. lxxij



A. *Mons Oliueti.*
B. *Bethania in radice montis ad Orientem.*
C. *Bethphage, vnde misit IESVS, qui asinam & pullum adducerent.*
D. *Viculus, vnde illi sunt adducti.*
E. *Progreditur asina vectus ad prospectum vrbis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA III. POST DOMIN. I. QVADRAGESIMAE.

Eiȝcit iterum IESVS vendentes de templo 88

Matt. xxi. Marc. xi. Luc. xix. Ioan. xij. *Anno xxxiij.* xxix



A. *Templum, & in eo atrium tertium.*
B. *Christi ſplendor è vultu, & maieſtas, quæ terret omnes.*
C. *Ad eius vocem fugantur oues, et boues diſſipantur, &c. Ementes ſe proripiunt.*
D. *Verbo euertit numulariorum menſas, & æs effundit.*
E. *Subuertit ſedes vendentium columbas; tolluntur columbæ.*
F. *Sanantur cæci, & claudi.*
G. *Canunt pueri; Oſanna Chriſto IESV.*
H. *Principes, et Seniores hæc ægerrime ferunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca




A. *Adeunt Gentiles ad Philippum; Hic dicit Andreæ.*
B. *Adducuntur ab his ad* IESVM.
C. *Vox Patris.*
D. IESVM *nullus excipit hospitio.*
E. *Redit Bethaniam ad vesperum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA X. POST PENTECOST.

De Phariſæo & Publicano.

Luc. xviij. Anno xxxiij.



A. *Chriſtus in templo, in porticu Salomonis docens.*

B. *Magnifici quidam homines, qui alios aſpernabantur præ ſe, et alia multitudo audiens.*

C. *Templum cum atrijs.*

D. *Phariſæus proxime ſtans ad ianuam atrij Sacerdotum arrogantiſſimè, & ſtultiſſimè orat.*

E. *Publicanus longe ſtans tundit pectus, et oculos non audens tollere in cœlum, humillimè orat; Deus propitius, &c. redit domum iuſtificatus, contra quam Phariſæus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA VI. POST DOMIN. II. QVADRAGESIMÆ.

Paterfamilias plantat vineam, & locat agricolis. 91

Matt. xxi. Marc. xij. Luc. xx. *Anno xxxiij.* xl



A. *Atrium templi, vbi* IESVS *hanc parabolam dixit, post ingressum gloriosum in vrbem Hierosolymam.*

B. *Loquitur turbis Christus parabolam, audientibus Principibus et Pharisæis.*

C. *Locat vineam Paterfamilias, mittit seruos ad colonos, vt fructus accipiant.*

D. *Vinea, quam plantauerat, et pastinauerat, & in qua turrim, et lacum ædificauerat Paterfamilias.*

E. *Ex ijs qui missi fuerant, aliqui cæduntur ab agricolis, alij occiduntur, alij lapidantur.*

F. *Tandem Filium mittit, & hunc extra vineam occidendum eijciunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EADEM FERIA.

Extra vineam Filium occidunt. 92
Eiſdem capp. Anno xxxiij. xli



A. *Eiectum extra vineam, Domini Filium interficiunt agricolæ. Extra portam enim crucifixus eſt Dominus.*

B. *IESVS, interrogat Principes, quid ſit facturus Dominus vineæ.*

C. *Venit Paterfamilias cum armatis, & malos agricolas male perdit.*

D. *Locat vineam alijs agricolis, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XIX. POST PENTECOST.

Facit Rex nuptias Filio.

Matth. xxij. *Anno xxxiij.*



A. *Templum & porticus Salomonis, vbi docebat* IESVS.

B. *Regia, vbi sedet in throno suo Rex, assidet Filius, et eius Sponsa, regio omnes cultu & nuptiali.*

C. *Serui vocaturi ad nuptias inuitatos, à Rege mittuntur.*

D. *Vocantur, qui suas occupationes externas excusant, alij villam, alij negotiationem, &c.*

E. *Reliqui seruos tenent, & contumelijs affectos occidunt.*

F. *Rex his auditis, missis exercitibus suis, homicidas perdit, et ciuitatem eorum incendit. Hactenus significantur Iudæi vocati.*

G. *Mittuntur serui ad vocandos Gentiles.*

H. *Ex his implentur nuptiæ; sit confessus, et triclinium preciosissime ornatur, accedentibus tandem ad Gentes Iudæis.*

I. *Deprehenditur vnus inter omnes, qui nuptiali veste non esset indutus.*

K. *Hunc iubet Rex ligatis manibus & pedibus, mitti in tenebras exteriores.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. Porticus Salomonis, vbi docebat Chriſtus.
B. IESVS cum diſcipulis.
C. Adorti ſunt eum diſcipuli Phariſæorum, & Herodiani, vt caperent in verbo. Licet cenſum dare Cæſari, an non?
B. Seuere obiurgans illorum verſutiam, et iniquitatem respondet IESVS. Oſtendite mihi numiſma cenſus.
C. Oſtendunt illi denarium.
B. Rogat IESVS. Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio.
C. Aiunt; Cæſaris.
B. Reſpondet; Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo.
C. Illius reſponſum admirati, non potuerunt verbum eius vllum, vlla ratione reprehendere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA XVII. POST PENTECOST.

De primo mandato interrogatur IESVS.

Matt. xxij. Mar. xij. Luc. x. Anno xxxiij.



A. *Templum, quo postea celebrem ingressum in vrbem, quotidie veniebat* IESVS, *vbi confutauerat primum Herodianos, deinetiam Sadducæos.*

B. IESVS *cum discipulis.*

C. *Sadducæi spectantes quorsum Pharisæorum euaderet oppugnatio.*

D. *Multitudo Pharisæorum, ante quos magnificus legis doctor* IESVM *de primo mandato à Pharisæis subornatus, interrogat.*

B. *Respondet* IESVS, *primum mandatum est. Audi Israel Dominus Deus tuus, Deus vnus est; & diliges &c.*

D. *Confirmat responsum* IESV *Pharisæus, etiam amplificat, audit. Non longe es à regno Dei.*

B. *Acriter interrogat Pharisæos, audiente omni populo Christus cuius Filius est, citans testem Dauidem.*

D. *Nemo poterat ei respondere verbum, nec ausus est vllus illum amplius interrogare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA III. POST DOMIN. II. QVADRAGES.

Quomodo credendum docentibus Phariſæis, & Scribis. 96

Matth. xxiij. Marc. xij. Luc. xx. *Anno xxxiij.* xxxv



A. *Atrium exterius, & in eo exedra, vbi verba ad plebem Scribæ & Phariſæi faciebant.*

B. IESVS *dicens, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ et Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, (è cathedra ſilicet) ſeruate & facite &c.*

C. *Arroganter cum Philacteriis, & fimbriis ſtolatus Phariſæus incedit.*

D. *Alius in conuiuio primum accubitum ambit.*

E. *Alius in Synagoga primas cathedras.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Antichristo.

Matt. xxiiij. Mar. xiij. Luc. xxi. Anno xxxiij. cxlviij



A. *Postrema abominatio desolationis; Sedet in templo Antichristus, ostendens se tanquam Deum.*

B. *Hunc adorant Iudæi, et infinita mortalium multitudo.*

C. *Vastatio Hierosolymorum, & abominatio, quando per Titum sacrificatum est Idolis ad portam orientalem templi.*

D. *Ignis iubente Antichristo, & Pseudoprophetis descendit de cælo &c.*

E. *Enoch & Elias veracibus, et innumeris signis confectis ab Antichristo interficientur, & post triduum assumentur in cœlum.*

F. *Profligantur & interficiuntur, qui nolunt Antichristum adorare, & qui characterem Bestiæ non habent.*

G. *Proximus aduentus Christi, qui Antichristum interficiet spiritu oris sui, et illustratione aduentus delebit illius potentiam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA I. ADVENTVS.

Quæ Iudicium vniuersale proximè præcedent. 98

Matt. xxiiij. cap. Marc. xiij. Luc. xxi. Anno Christi xxxiij. i



A. *Signa in cœlo, Sole, Luna, & stellis, &c.*
B. *Christum ad iudicium venientem præcedunt crux, cæteraque insignia passionis, & Archangelus cum tuba.*
C. *Præcedit ignis orbem purgaturus.*
D. *Elementum ignis mundo quasi minitatur.*
E. *Aeris suprema regio.*
F. *Aeris media regio.*
G. *Aeris infima regio. Et in his omnibus terribilia signa.*
H. *Confusio maris, & fluctuum, &c.*
I. *Os inferni apertum.*
K. *Etiam purgatorij.*
L. *In terra rerum omnium horribilis facies, quæ orbi terrorem incutiet vehementissimum. Alia signa non potuit capere imago.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA II. POST DOMIN. I. QVADRAG.

Iudicium vniuersale.

Matth. xxv. Anno xxxiij. 99 xxviij



A. IESVS in throno gloriæ ſedens, iudicium exercet.
B. Cœli, Planetæ, & Stellæ longe illuſtriores, quâm antea.
C. Circumſtant IESVM omnes Angelorum ordines.
D. Aſsidet Filio Virgo Mater, & ſuo gradu electi omnes.
E. Elementa noua; puriſsimum, & liquidiſsimum Ignis elementum,
F. Aeris, lucidum, amœnum, pacatiſsimum, nulla regionum diuerſitate.
G. Aquæ, purgatiſsimum, clarum tranquillum.
H. Terræ, purum, ac ſimplex, omnibus tum naturæ, tum artis operibus liberum.
I. Miniſterio Angelorum, et imperio Chriſti, boni à malis ſeparantur.
K. Boni audiunt à Chriſto Venite benedicti &c. Mali; Ite maledicti.
L. Inferni horrendum os apertum damnatos cum diabolis deuorat.
M. Peracto iudicio, Chriſtus intelligitur aſcendere in empyreum Cœlum cum Angelis, & ſanctis omnibus, regnaturus in æternum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERIA V. MAIORIS HEBDOM.

Cœna legalis.

Matth. xxvi. Marc. xiiij Luc. xxij. Ioan. xiij. Anno xxxiij. lxxvi



A. IESVS mittit Petrum & Ioannem in Vrbem ad quendam, vt pascha parent.

B. Perueniunt ad portam.

C. Obuium hominem secuti, veniunt in montem Sion.

D. Assatur Agnus; Paratur pascha.

E. Comedunt Agnum, adhibitis cæremonijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COENA COMMVNIS, ET LAVATIO PEDVM.

Iisdem capitibus. lxxvij



A. *Cœnant communem cœnam.*
B. *Dicit* IESVS *(obscure indicans proditorem) Qui intingit mecum manum in paropside, &c.*
C. *Præfractior factus Iudas respondet; Nunquid ego sum?*
B. *Respondet* IESVS *submisse; Tu dixisti.*
D. *Procumbit* IESVS *ad lauandos pedes discipulorum.*
E. *Petrus repugnat primo lauationi, deinde profuse obedit.*
F. *Surgit Christus, resumit vestimenta sua.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SANCTISSIMI SACRAMENTI, ET SACRIFICII INSTITVTIO.

Matth. xxvi. Marc. xiiij. Luc. xxij. p Cor. x. xi. *Anno xxxiij.* 102 lxxviij.



A. IESVS *iterum accumbit. Absoluunt cœnam Apostoli; nihil cibi ipse amplius sumit.*

B. *Conficit* IESVS *sacratissimum Sacrificium et Sacramentum & discipulis communicat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Nondum surgit à mensa* IESVS; *sed turbat se.*
B. *Recumbit Ioannes supra pectus eius, & interrogat; Domine, quis est, &c.*
A. *Respondet Ioanni; Cui ego, &c.*
C. *Accipit Iudas buccellam à* IESV; *& exagitatus à dæmone, furiosè è cœnatione se proripit.*

A. *Sublatis cibis &c. prædicit Apostolis scandalum, quod essent passuri.*
D. *Princeps Petrus confirmat, eum nunquam se esse deserturum: Similiter omnes.*
E. *Surgit cum omnibus; secedit in aliud cubiculum, vbi Apostolos docet.*
F. *Tandem hymno dicto, egreditur ad hortum Gethsemani.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA III. POST PASCHA.

De eo, quod dixit Christus, Modicum & non videbitis me. 104
Ioan. xvi. *Anno xxxiij.* cxxij



A. Hoc docuit Christus post institutionem Eucharistiæ.
B. Mors, et sepulcrum clausum significat modicum, quo non viderunt IESVM.
C. Apparet post resurrectionem, ita fit modicum, quo viderunt eum.
D. Ascensio Christi, quæ terminat modicum, quo ipsum viderunt.
A. Exponit IESVS hæc per similitudinem de pariente muliere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Ibidem hæc docet.*
B. *Mittit Christus Spiritum sanctum, quo diuino facto tria illa arguuntur.*
C. *Omnes homines adorant crucem, vnde arguitur mundus de peccato.*
D. *Ascendit Christus in cœlum, vnde monstratur eius iustitia, & confutatur mundus.*
E. *Dæmon profligatus, cui etiam per gratiam Spiritus sancti fideles dominantur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA V. POST PASCHA.

Orationis perfectio docetur. 106
Ioan. xvi. Anno xxxiij. cxxiiij



A. *Ibidem docet Christus discipulos perfectionem orationis, quam essent habituri.*

B. *Consessus Christi ad dexteram Patris, vt intelligamus omnia nos impetraturos à Patre per Filium.*

C. *Significantur in splendore, splendores æterni, in quibus generatus est à Patre Filius; Psal. 110.*

D. *Incarnatio, in qua prædestinatio Christi intelligitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORAT CHRISTVS IN HORTO.

Matth. xxvi. Marc. xiiij. Luc. xxij. Ioan. xviij.



A. *Torrens Cedron.*
B. *Hortus Gethsemani.*
C. *Rupes concava, qui est primus locus; vbi octo discipuli substiterunt.*
D. *Secundus locus superius ad dextram: vbi tres reliqui.*
E. *Specus ad Iactum lapidis à tribus discipulis distans: vbi orauit* IESVS.
F. *Apparet illi Angelus è cœlo confortans eum.*
G. *Locus quo semel & iterum venit* IESVS *ad tres discipulos.*
H. *Iudas cum cohorte properat ad hortum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE IVDAE PRODITIONE.

Veniunt ad hortum armati. 108

Iisdem capitibus. lxxxi



A. *Accedit ad* IESVM *Iudas, osculatur eum; respondet ei benigne* IESVS. *Nihil milites mouere audent. Redit ille ad cohortem.*

B. *Procedens* IESVS *interrogat; Quem quæritis?*

C. *Solo verbo Iudam, militesque resupinos prosternit omnes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

MALCHI AVRICVLAE ABSCISSIO.

Matth. xxvi. Marc. xiiij. Luc. xxij. Ioan. xviij.



A. *Seruo Principis Sacerdotum insolentius adorienti* IESVM, *abscidit auriculam Petrus.*

B. *Nihil propterea mouentur Iudæi; obiurgat tamen Petrum* IESVS.

C. *Malcho restituit auriculam; permittit se capi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPITVR CHRISTVS.

Iysdem capitibus.



A. IESVS *ligatur collo et manibus.*
B. *Diffugiunt Apostoli omnes.*
C. *Adolescens relicta sindone nudus aufugit.*

D. *Sedet lucifer in throno igneo & tenebroso, vnde furias omnes immittit in Christum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DVCITVR AD ANNAM PRIMVM.

Matth. xxvi. Marc. xiiij. Luc. xxij. Ioan. xviij.



A. *Deducitur* IESVS *ex itinere ad Annæ domum.*
B. *Annæ sistitur.*

C. *Remittit eum Annas ad generum Caipham.*

Posita est imago hæc, si quis velit intelligere, non fuisse in domo Annæ inflictam alapam IESV, *nec factam primam Petri negationem. Vtrumque tamen ibidem factum esse, consonat magis Euangelicæ lectioni, vt in sequenti imagine appingitur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

INTERROGATVR AB ANNA. NEGAT EVM PETRVS.

Matth. xxvi. Mar. xiiij. Luc. xxij. Ioan. xviij.



A. *Annæ interroganti respondet* IESVS.
B. *A petulanti milite alapa* IESV *infligitur.*
C. *Ingreditur Ioannes in atrium.*
D. *Huius rogatu Petrus quoque introducitur.*
E. *Exagitatur ab ancilla ostiaria.*
F. *Negat sibi notum esse* IESVM.
G. *Surgit egreditur foras ante atrium.*
H. *Gallus cantat primo.*
A. *Iubet Annas duci* IESVM *ad Caipham; Petrus eodem properat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRAHITVR AD CAIPHAM IESVS. NEGAT ITERVM PETRVS.

Ijsdem capitibus.



A. *Sistitur ante Caipham* IESVS.
B. *Citantur falsi testes: reijciuntur.*
C. *Abeunt confusi.*
D. *Veniunt tandem duo testes peruersi.*
E. *Exurgit Caiphas (quod non potuit assequi pictura) è solio, et furens* IESVM *increpat: Nihil respondens, &c.*

A. IESVS *tamen tacet.*
F. *Turbatum Petrum ex prima negatione, & ianuam exeuntem accusat ancilla apud eos qui aderant.*
G. *Ad ignem rursus ab astantibus vrgetur.*
H. *Præterea ab alio.*
I. *Negat Petrus adhibito iureiurando.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADIVRATIO CAIPHÆ. CONFESSIO DIVINA CHRISTI.

Tertio negat Petrus.

Iisdem capitibus.



A. *Adiurat* IESVM *Caiphas, num sit Filius Dei.*

B. *Id* IESVS *constanter pariter ac modeste confitetur.*

C. *Scindit Caiphas vestem, & omnes; clamat, clamant omnes, Blasphemauit; et mortis condemnant.*

D. *Concurritur ad clamores.* IESVM *quidam e concilio conspuunt; tum ministri & milites eum velant, atque percutiunt.*

E. *Qui astabant, Petrum accusant.*

F. *Alius quidam affirmabat, Vere & hic cum illo erat.*

G. *Tandem seruus Caiphæ, cognatus Malchi illum vrget vehementer.*

H. *Negat tertio Petrus cum detestatione; & execratione.*

I. *Continuo gallus cantat.*

B. *Conuersum* IESVM, *intellige respexisse Petrum, quod non potuit exprimere imago.*

K. *Egressus foras Petrus flet amare.*

L. *Gallinarium, vbi cantat gallus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Excubiæ aguntur ad ianuam, more militari.*
B. *Crudeliſſime affligunt* IESVM, *quod erat reliquum noctis.*
C. *Deuenit ad Virginem Matrem Petrus, & Ioannes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Curia, quò conuenerunt omnes Principes Sacerdotum, Seniores populi, & Scribæ.*
B. *Sistitur ante Caipham, & Concilium* IESVS, *interrogatur rursum.*
C. *Confitetur rursum se Filium Dei.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DVCITVR IESVS AD PILATVM; ET IVDAS LAQVEO SE SVSPENDIT.

Matth. xxvij. Mar. xv. Luc. xxiij. 117 xc



A. *Ducitur â Concilio* IESVS *ad Pilatum.*
B. *Iudas plenus dæmone, meditatur deſperationem & laqueum.*
C. *Accuſat ſe apud Principes; offert pretium proditionis; ab his reïcitur.*
D. *Venit dæmone plenus in templum; proïcit triginta argenteos.*
E. *Abïit percitus furïjs, & laqueo ex arbore ſe ſuſpendit.*
F. *Properat Virgo Mater, vt videat Filium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAE PRIMVM GESTA APVD PILATVM.

Matt. xxvij. Mar. xv. Luc. xxiij. Ioan. xviij.



A. *Domus Pilati.*
B. *In ea prætorium.*
C D. *Propylæum cum vexillis, & tribus ianuis.*
E. *Scalæ per quas ascendit, & descendit* IESVS.
F. *Præmittunt Principes Iudæorum nuncium de* IESV *ad Pilatum.*
G. *Perueniunt Principes ad domum Pilati.*
H. *Sistunt Pilato milites* IESVM.
I. *E vestibulo Pilatus quærit â Iudæis, quid contra* IESVM *criminationis afferant.*
K. *Insolenter respondent Iudæi primum; tandem accusant eum maiestatis, &c.*
L. *Interrogat* IESVM *leniter de regno; alia reijcit Pilatus.*
I. *Profitetur se causam non inuenire.*
K. *Addunt, eum commouisse gentem inde vsq; à Galilæa.*
I. *Occasione Galilææ, causam* IESV *Pilatus reijcit ad Herodem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAE GESTA SVNT APVD HERODEM.

Luc. xxiij.



A. *Conclamatur; Ad Herodem. Incipit duci.*
B. *Concurritur ad ſpectaculum.*
C. *Herodes Antipas, eius Proceres, Duces exercitus, & Iudæi.*
D. *Exercitus Herodis in armis.*
E. *Accuſant* IESVM *Iudæi conſtanter.*
C. *Interrogat eum Herodes multis ſermonibus,*
F. *Nihil reſpondet* IESVS.
E. *Iudæi falſas accusationes cumulant.*
C. *Spernit* IESVM *Herodes, et fatuum iudicat.*
G. *Induitur veſte alba tanquam fatuus.*
H. *Remittitur ad Pilatum.*

Universidad de Deusto

QVÆ GESTA SVNT, POSTQVAM REDVCTVS EST AD PILATVM.

Matth. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xviij.



A. *Renouatur actio contra* IESVM: *defendit* IESVM *Pilatus.*
B. *Pilatus, reiectis Iudæis, interrogat attentius* IESVM *de regno.*
C. *Respondet* IESVS *Pilato per benigne.*
B. *Respondet arroganter Pilatus.*
C. *Respondet rursum* IESVS *de regno &c.*
D. *Exit cum* IESV *Pilatus; capit consilium de Barabba, vt dimittat* IESVM, *refert de ea re ad Iudæos.*
E. *Furioſe petunt Barabbam ſibi dimitti.*
D. *Quærit, quid igitur fiet de* IESV *?*
E. *Exclamant, Crucifigatur.*
D. *Capit conſilium Pilatus de flagellando* IESV, *vt deſinant inſectari ad mortem.*
F. *Repræſentatur in circulo hora tertia; qua, ira, linguis, & obſtinata pertinacia Iudæorum crucifixus eſt* IESVS.
G. *Audit clamores afflicta Mater cum ſuis; creſcit omnium afflictio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FLAGELLATVR CHRISTVS.

Matt. xxvij. Mar. xv. Ioan. xix.



A. *Prætorium, & propylæum; vnde prospectat Pilatus flagellationem.*
B. *Columna ad quam ligatur* IESVS.
C. *Stipes, vbi capite plectebantur damnati.*
D. *Multitudo Iudæorum, & Romanorum.*
E. *Duriſſime verberatur* IESVS.
F. *Deſinunt* IESVM *cædere lictores iuſſu Pilati.*
G. *Virgo Mater audit ſtrepitum flagellationis. Vide quam acerbe eius anima, & cor flagellatur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CORONATVR SPINIS IESVS.

Matt. xxvij. Mar. xv. Ioan. xix.



A. IESVS *ab atrio in aulam Prætorij crudeliſſime cæſus trahitur.*

B. *Receſſerat Pilatus in cubiculum, & quid vellet fieri, ſignificauerat.*

C. IESVS *veſte pariter ac pelle atrociſſimè exutus, purpurea clamide per ludibrium induitur.*

D. *Sedere iubetur in ſcamno; Capiti corona è ſpinis imponitur; arundo pro ſceptro datur.*

E. *Acerbiſſimè cædunt, illudunt, feriunt arundine; conſalutant Regem Iudæorum.*

F. *Virgo Mater foris cum ſuis omnia ex internunciis cognoſcit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Ostendit Pilatus Iudæis* IESVM *flagellatum, & coronatum è spinis; Dicit, Ecce Homo.*

B. *Cum defenderet* IESVM *Pilatus, ad accusationem blasphemiæ veniunt; Filium Dei se fecit.*

C. *Magis timuit Pilatus, propterea ingressus in prætorium, accuratius interrogat* IESVM; *Vnde es tu?*

D. *Non Respondet illi* IESVS.

C. *Quod videns Pilatus, vrget illum concitate.*

D. *Respondet* IESVS; *Non haberes potestatem, &c.*

A. *Motus verbis* IESV, *apertius agit, vt ipsum liberet.*


B. *Addunt Iudæi; Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris.*

A. *Hac plaga Pilatus à defensione* IESV *deiectus est.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

FERT SENTENTIAM PILATVS CONTRA IESVM.

Matt. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. *Finem facit defendendi* IESVM *Pilatus; redit ad pergulam Prętorij in Gabatha; ſedet pro tribunali, & dicit, Ecce Rex veſter.*

B. *Respondent Iudæi atrociter. Tolle tolle!*

A. *Respondet Pilatus, Regem veſtrum crucifigam?*

B. *Respondent; Non habemus Regem niſi Cæſarem.*

C. *Accedit ad Pilatum nuncius ab vxore.*

A. *Lauat manus Pilatus, liberat Barabbam; tradit* IESVM *crucifigendum.*

D. *Liber exilit Barabbas.*

E. *Arripitur* IESVS *à militibus, datur illi ſua crux portanda, itemq. latronibus ſuæ.*

F. *Virginis Matris ſtatum conſidera, maximũ dolorem parem animi magnitudinem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DVCITVR IESVS EXTRA PORTAM AD CALVARIÆ MONTEM.

Matth. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. Vrgent Principes, vt ducatur IESVS.
B. Fert crucem.
C. Peruenitur ad portam veterem.
D. Vident Iudæi IESVM *sub pondere laborare, iubent subsistere.*
E. Sequebatur turba, et in hac mulieres Hierosolymitanæ, Maria virgo extra turbam cum suis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆ GESTA SVNT POSTEA ANTE CRVCIFIXIONEM.

Matt. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij.



A. *Exeuntibus illis cum afflicto* IESV, *occurrit Simon Cyrenenſis.*
B. *Hunc angariant, vt tollat crucem* IESV.
A. *Reſpirat paululum* IESVS.
C. *Sequebantur mulieres Hieroſolymitanæ plorantes.*
D. *Ex his vna tergit linteo vultum* IESV, *& refert in linteo eius effigiem.*
A. *Eiulantibus mulieribus, ad eas conuerſus* IESVS *dixit; Nolite flere, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

CRVCIFIGITVR IESVS.

Matth. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. *Peruenitur ad Golgotha.*
B. *Dabant illi vinum myrrathum cum felle mistum, & cum gustasset, noluit bibere.*
C. *Parant quatuor milites vt crucifigatur.*
D. *Crucifigitur.*
E. *Pilati iussu titulus in summa cruce præfigitur.*
F. *Crucifiguntur duo latrones.*
G. *Fit eclipsis Solis vniuersalis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERIGITVR CRVX.

Matt. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. *Foramen paratum ad crucem defigendam.*


B. *Varijs artibus erigitur crux; ſtatuitur, & firmatur.*

C. *Variæ facies circunſtantium, dum erigeretur & ſtatueretur crux cum ſummo dolore* IESV.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆ GESTA SVNT POST ERECTAM CRVCEM, ANTEQVAM EMITTERET SPIRITVM.

Matt. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. *Offendebat acerbe titulus crucis Iudæos, & Principes.*

B. *Propterea agunt apud Pilatum, vt titulum mutet: quod negat constanter Pilatus se esse facturum.*

C. *Orat in cruce pendens pro crucifixoribus Christus.*

D. *Quatuor carnifices* IESV *vestem inter se partiuntur, inconsutilem sortiuntur.*

E. *Ministri iactant blasphemias in* IESVM, *iactant Principes, iactant milites.*

F. *Conuiciantur illi primum latrones crucifixi.*

F. *In eo alter perseuerat.*

G. *Resipiscit alter, alterum increpat, veniam petit à Christo, & impetrat.*

H. *Perseuerat vniuersalis eclipsis Solis; aucta identidem Christi opprobria, & dolores.*

I. *Appropinquante hora nona, dicit Matri; Ecce filius tuus; Ioanni, Ecce Mater tua.*

K. *Clamat* IESVS *voce magna, Deus Deus meus vt quid dereliquisti me?*

L. *Dicit; Sitio.*

M. *Offerunt illi ex arundine spongiam aceto plenam: accipit.*

N. *Dicit; Consumatum est.*


O. *Clamans voce magna dicit; Pater in manus tuas &c. Emittit spiritum.*

C.G.I.K.L.N.O. *Significant septem verba Christi, quæ dixit in cruce.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EMISSIO SPIRITVS.

Matth. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. *Excepit clamorem Christi emissio spiritus.*
B. *Tenebræ hactenus perseuerantes à sexta hora, incipiunt euanescere.*
C. *Velum templi ad Sancta sanctorum scissum in duas partes à summo, &c.*
D. *Contremiscit terra.*
E. *Petræ scinduntur, &c.*
F. *Monumenta multa aperiuntur.*
G. *Centurio videns, quod sic clamans expiraſſet, glorificat Deum.*
H. *Omnis turba videns, quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur.*
I. *Capiunt ſæuum conſilium Iudæi, vt crucifixis crura frangantur.*
K. *Mittunt ad Pilatum qui peterent, vt crucifixi fractis cruribus tollerentur.*
L. *Franguntur aliis crura.*
M. *Vnus militum lancea latus IESV aperuit.*
N. *Stabant longe omnes cognati, & mulieres.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆ GESSIT CHRISTVS DESCENDENS AD INFEROS.

Zach. ix. Eccle. xxiiij. ad Epheſ. iiij. 131 cuij



A. *Chriſti anima nulla mora interpoſita, venit in Limbum Patrum.*

B. *Omnium ſanctorum Patrum animæ, animam IESV ſupplices venerantur.*

C. *Anima latronis, paulo poſt mortui, portatur ab Angelis ad Limbum.*

D. *In Limbo infantũ nulla pars huius lætitiæ.*

E. *E Purgatorio multæ animæ liberantur, quod ſignificant radij lucis inde ad limbum Patrum prodeuntes.*

F. *In inferno inferiori Lucifer cum ſuis, ipſoque Iuda grauiter fremit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEPONITVR CHRISTI CORPVS E CRVCE.

Matth. xxvij. Marc. xv. Luc. xxiij. Ioan. xix.



A. *Venit ad Pilatum Ioseph ab Arimathia audacter; & petijt corpus* IESV.

B. *Venit Nicodemus cum vnguento, & Ioseph cum sindone ad crucem.*

C. *Deponunt corpus* IESV *summa cum pietate ac dolore.*

D. *Arimathia oppidum.*

E. *Locus sepulcri cum vestibulo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DE CHRISTI SEPVLTVRA.

Eiſdem capitibus.



A. *Pie meditamur depoſitum è cruce filium, gremio Matris exceptum, quod non exprimit imago.*

B. *Stratum corpus ſuper planum lapidem vngunt, obuoluunt ſindone, & ſudario.*

C. *Sepeliunt in horto, & ſepulcro Ioſeph; ſepulcrum lapide occludunt.*

D. *Mulieres obſeruant, vbi ponatur.*

E. *Maria Virgo Mater cum mulieribus redit domum.*

F. *Iudæi impetrant à Pilato, vt adhibeatur cuſtodia ſepulcro.*

G. *Veniunt ad ſepulcrum: obſignant illud publico ſigno; apponunt cuſtodiam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

RESVRRECTIO CHRISTI GLORIOSA.

Matth. xxviij. Marc. xvi. Luc. xxiiij. Ioan. xx.



A. *Adest Christus in anima ad sepulcrum ex limbo cum Angelis, & animalibus Patrum, ad finem crepusculi primæ Sabbati.*

B. *Vnit animam corpori, & egreditur saluo sepulcro; pronunciat; Vici mundum, conculcaui dæmonem, mortem interemi, viuo in æternum.*

C. *Sepulcrum obsignatum.*

D. *Milites duo agunt excubias; alij dormiunt, nemo quicquam omnino sentit.*

E. *Ducit Christus captiuum sathanam, mortem, &c.*

F. *Per totam Iudæam è sepulchris apertis, sancti excitantur, quorum animæ interfuerunt Christi resurrectioni, & apparent deinde multis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE APPARET MATRI MARIÆ VIRGINI.



A. Discedentibus Sanctis, è vestigio venit in montem Sion IESVS, cum cœlesti comitatu, Matri apparet soli in conclaui; iucundissimè colloquuntur.

B. Gerebantur hæc alijs inscijs, & mœrentibus, & mulieribus se ad sepulcrum visendum parantibus.

C. In sepulcro nulla mutatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE, DE PRIMO ADVENTV MVLIERVM AD SEPVLCRVM.

Matt. xxviij. Marc. xvi. Luc. xxiiij. Ioan. xx.



A. *Parauerant mulieres aromata; veniunt ad monumentum, cum tenebræ essent, perueniunt orto iam sole.*

B. *Sed antequam peruenirent, Angelus iuuenis pulcherrimi specie, excitat magnum terræmotum; reuoluit lapidem ab ostio monumenti; exanimantur metu milites, & fiunt velut mortui.*

C. *Introspicientes mulieres in speluncam, vident Angelum in morem fulguris collucentem, & reuolutum lapidem, & insidentem ei Angelum, Obstupescunt.*

B. *Recreat eas Angelus, nunciat resurrexisse* IESVM, *Hortatur, vt sepulchrum visant, & discipulis Christum surrexisse renuncient.*

D. *Iacent milites velut mortui.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE DOMINICO ANGELI APPARENT MVLIERIBVS,

Matth. xxviij. Mar. xvi. Luc. xxiiij. Ioan. xx.



A. *Ingreſſæ mulieres, non inueniunt corpus* IESV.

B. *Egrediuntur conſternatæ.*

C. *Apparent eis duo Angeli virorum ſpecie, fulgentibus veſtibus, ad ſepulcrum ſtãtes, dicunt,* Quid *quæritis viuentem cum mortuis?*

B. *Ille præ timore fugerunt, nunciaturæ diſcipulis.*

D. *Præcurrit Magdalena, quæ prior venerat ad monumentum.*

E. *Venit domum in montem Sion, narrat omnia Petro, & Ioanni; ſuperueniunt aliæ, narrant omnibus omnia.*

F. *Milites eodem modo iacent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE VENIVNT PETRVS ET IOANNES AD SEPVLCRVM.

Luc. xxiiij. Ioan. xx.



A. *Permoti verbis Magdalenæ, excurrunt ad monumentum Petrus et Ioannes: ſed Ioannes præcurrit.*
B. *Sequitur Mgdalena non ita longe.*
C. *Subſequuntur aliæ mulieres paulo longius.*
D. *Peruenit Ioannes citius Petro, inclinat ſe, videt linteamina, non intrat, dat locum, cedítque Petro.*
E. *Venit Petrus, intrat inclinatus, videt linteamina, & ſudarium inuolutum. Deinde intrat Ioannes.*
F. *Redeunt Apoſtoli domum.*
G. *Magdalena remanet ad monumentum.*
H. *Milites conſternati ſilent.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE APPARET MAGDALENÆ.

Marc. xvi. Ioan. xx.



A. *Magdalena ſtabat ad monumentum foris plorans.*

B. *Dum ergo fleret, vidit duos Angelos in albis ſedentes in monumento, ab his audit. Mulier, quid ploras?*

A. *Animaduertit Angelos poſt ſuum ipsius tergum cupide proſpicere. itaque conuerſa videt* IESVM *habitu hortulani.*

C. *A quo audit, Mulier, quid ploras? &c.*

A. *Cum responderet illa rurſum, Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum.*

D. *A Chriſto nomine de more appellatur Maria.*

E. *Reſpondet Rabboni. Accidit ad pedes eius vulnerata cor vno ipsius verbo, cupiens ſuo more complecti.*

D. IESVS *ſe tangi vetat; ac docet quemadmodum, antequam aſcendat, cum eo ſit agendum.*

F. *Apoſtoli redeuntes ſiunt obuiam venientibus mulieribus.*

G. *Nondum milites ſurgunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE APPARET MVLIERIBVS.

Matt. xxviij. Marc. xvi. Ioan. xx.



A. *Reuersæ ad monumentum mulieres, postquam Magdalenæ apparuerat Christus, audiunt ab ea, quæ ipsi edixerat.*

B. *Redeunt omnes, Sindonem & sudarium (vt pie credi potest) auferunt.*

C. *Occurrit illis* IESVS *in via, salutat; præbet eis pedes attingendos.*

D. *Pergunt in vrbem mulieres.*

E. *Milites tandem desistunt consternatio, ablata illa diuina virtute è loco sepulcri, reuocatis itaque viribus in vrbem veniunt.*

F. *E custodibus quidam narrant Principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant.*

G. *Mulieres nunciant omnia discipulis, Magdalena præcipue* IESV *mandata illis exponit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE APPARET IESVS DVOBVS DISCIPVLIS EVNTIBVS EMAVNTA.

Marc. xvi. Luc. xxiiij.



A. *Pergunt Hierosolymis Emaunta Cleophas, & Amaon.*

B. *Appropinquat* IESVS *colloquentibus.*

C. *Comitem se illis adiungit; tenentur oculi eorum, ne eum agnoscant; variè verbis suis illos permouet* IESVS, *ardet eorum cor* IESVS *se longius ire simulat.*

D. *Persuadent illi, vt cum ipsis maneat.*

E. *Emaus in tribu Beniamin sexaginta stadijs ab Hierusalem, quò vehementer rogant, vt secum diuertat.*

F. *Domus Cleophæ, quò deductus est* IESVS.

G. *Ibi recumbens cum illis, consecratum & fractum panem porrigens, ab oculis eorum euanescit.*

H. *Repleti dono et agnitione cœlesti* IESVM *agnoscunt, & quæ ab eo in itinere audiuerant plenius intelligunt.*

I. *Redeunt è vestigio Hierosolymam.*

K. *Reperiunt congregatos vndecim, narrant quæ gesserat Christus; audiunt eum Simoni apparuisse.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EODEM DIE APPARET DISCIPVLIS ABSENTE THOMA.

Luc. xxiiij. Ioan. xx.



A. *De rebus gestis eo die colloquebantur discipuli; erigebantur animo propter verba Petri, & duorum discipulorum; mulieres non negligebantur, maior tamen desiderabatur confirmatio.*

B. *Cum serum esset diei, et fores clausæ, stat* IESVS *in medio eorum, et ait; Pax vobis.*

A. *Conturbantur, existimant se spiritum videre.*

B. *Confirmat eos* IESVS, *ostendit manus & pedes, postulat, numquid habeant, quod manducetur.*

C. *Apponunt illi partem piscis assi & fauum mellis.*

B. *Edit* IESVS, *eis reliquias impertit.*

D. *Ianuæ domus intelligantur clausæ, vt credatur vsus dono subtilitatis.*

E. *Dicit eis iterum Pax vobis, sicut me misit Pater, et ego mitto vos: deinde aperit sensum scripturarum, et instituit Sacramentum Pœnitentiæ, insufflans in Apostolos, & dicens; Quorum remiseritis peccata, &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOMINICA PRIMA POST PASCHA.

Apparet discipulis & Thomæ.
Ioan. xx.



A. *Thomas domum reuersus, Apostolis narrantibus apparuisse* IESVM, *non credit.*

B. *Post octo dies venit* IESVS *similiter atque antea, & dicit Thomæ; Infer digitum in manus meas, & manum in latus: et noli esse incredulus, &c.*

C. *Infert Thomas; respondet; Dominus meus, & Deus meus.*

B. *Dicit ei* IESVS; *Quia vidisti me, credidisti; Beati qui non viderunt, & crediderunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPARET CHRISTVS SEPTEM DISCIPVLIS AD MARE TYBERIADIS.

Ioan. xxi. 144 xc viij



A. *Non multo post venerunt omnes Hierosolymas in Galilæam; erant ad mare Galilææ; alij alijs locis, Petrus, & Filij Zebedæi Bethsaidæ.*

B. *Ostendit Petrus velle se piscatum ire, offerunt se illi comites sex.*

C. *Piscantur tota nocte, nihil capiunt.*

D. *Stat IESVS mane in littore; rogat nunquid pulmenti habeant; hoc est aliquid piscum pro obsonio.*

E. *Respondent simpliciter, vt emptori vulgari; Non.*

D. *Subiungit IESVS; Mitte in dexteram nauigij rete, & inuenietis.*

E. *Mittunt, concludunt piscium ingentem copiam; quod cum sentirent.*

F. *Agnoscit IESVM Ioannes, & dixit Petro; Dominus est.*

G. *Quod Petrus audiens; succingit se tunica, & mari venit ad IESVM.*

H. *Panis & Piscis, quæ parauerat Christus in littore.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRANDET CVM SEPTEM DISCIPVLIS IESVS.

Ioan. xxi.



A. *Alij discipuli nauigio veniunt.*
B. IESVM *adorant; è naui etiam qui retinebant nauem & rete.*
C. *Cum iussisset* IESVS *afferri ex piscibus captis, extrahunt rete magnorum piscium plenum centum quinquaginta trium, præeunte celeuma Petro.*
D. *Assant duos pisces, præter illum Christi.*
E. *Sedet cum discipulis ad prandium* IESVS, *panem eis, piscemq; dispertit.*
F. *Constituit Petrum pastorem omnium ouium suarum, & Vicarium in terris: quod imago capere non potuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

APPARET CHRISTVS IN MONTE THABOR.

Matth. xxviij. 146 cxx



A. *Mons Thabor, quo Apostoli, discipuli, & sanctæ mulieres conuenerant.*

B. *Videntes* IESVM *omnes adorauerunt.*

C. *Accedens ipse peculiariter dicit Apostolis; Data est mihi omnis potestas &c. Euntes docete &c. Ego vobiscum sum &c.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



A. *Vltima apparitio Christi in Cœnaculo montis Sion, vel vltimæ principium.*
B. *Christus discumbit cum Apostolis.*
C. *Exprobrat incredulitatem præteritam aliquorum; edicit ipsis, vt eant in mundum vniuersum, &c.*
D. *Circulis porro designantur, quæ continet Euangelium; & primum quidem docentur fidem, & baptizantur credentes.*
E. *Dæmonia eiiciunt.*
F. *Loquuntur linguis.*
G. *Serpentes tolliunt, vt Paulus, qui viperam excutit.*
H. *Si mortiferum quid bibunt, non eis nocet, vt Ioanni.*
I. *Super ægros manus imponunt et eos sanat.*
K. *Spectant ad curiositatem Apostoli, à qua deterret eos Christus.*
L. *Educit eos in montem Bethaniam versus, ducens secum pompam angelorum & animarum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASCENSIO CHRISTI IN COELVM.

Mar. xvi. Luc. xxiiij. Ioan. xxi. Act. i.



A. *Intelligitur peruenisse ad verticem montis olueti cum cœlesti cœtu.*

B. *Hinc, cum omnium in se oculos, animosq; conuersos cerneret, benedicens eis ascendit in cœlum.*

C. *Splendidissima exceptus nube ab oculis eorum eripitur, pompæ Angelorum et animarum coniungunt sese plurimi Angeli è cœlo, qui iubilo, & voce tubæ venientem excipiunt.*

D. *Apostolis intuentibus euntem in cœlum.*

E. *Duo Angeli candida veste insignes prænunciant Christum pari maiestate, et gloria ad iudicium vniuersale esse venturum.*

F. *Redeunt domum, & sunt assidue in templo, laudantes & benedicentes Deum, quod non potuit exprimere imago.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACRA DIES PENTECOSTES.

Act. ij.



A. *Hierusalem, & locus in monte Sion, in quo hæc facta sunt mysteria.*
B. *Cœnaculum in ea domo, vbi instituerat Eucharistiam Dominus. Ibi erant sedentes.*
C. *Considunt omnes ordine.*
D. *Sedet in medio beatissima Virgo Mater; omnes summa cum expectatione & deuotione.*
E. *Fit repente de cœlo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & replet totam domum.*
F. *Apparent linguæ tamquam ignis, qui sedit super singulos. Et repleti sunt Spiritu sancto.*
G. *Incipiunt eloqui varijs linguis Dei laudes.*
H. *Ad hanc vocem conuenit multitudo, mente confunditur, stupent, mirantur, nonnulli tamen irridēt.*
I. *Stans autem Petrus leuat vocem suam; concionatur ad illos diuina eloquentia & efficacia.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TRANSITVS MATRIS DEI.



A. *Apostoli, et alij sancti Patres portantur ab Angelis Hierosolymam, vt morti Dei Matris intersint, & assumptioni.*

B. *Domus in monte Sion, vbi Maria Virgo Mater est mortua.*

C. *Componit se honestissimè in lectulo, circunstantibus Apostolis & Patribus.*

D. *Adest è cœlo Christus cum innumerabilibus Angelis.*

E. *Expirat suauissime sanctissimam animam Mater Dei in manus Filij, excellenti cum Angelorum gaudio, & Patrum deuotione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVSCITATVR VIRGO MATER A FILIO.



A. *Ad finem triduí adeſt Chriſtus cum militia cœleſtis exercitus innumerabili.*

B. *Clauſo ſepulcro ſuſcitat Matrem, animam eius & corpus maximis donis cumulat.*

C. *Egreditur illa fulgentiſſima, immortalitatis gloria ornata, ſtellis duodecim coronata, amicta Sole, & ſub pedibus Lunam habens.*

D. *Excipit eam Chriſtus gratulatione ſumma.*

E. *Eam adorat, eique obedientiam è veſtigio defert cœleſtis exercitus, Dei Matrem, Reginam ſuam, & orbis profitetur vniuerſi.*

F. *Ceſſante in terris concentu Angelorum, intelligunt Apoſtoli reſurrexiſſe ſacram Virginem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ASSVMITVR MARIA IN COELVM, CORONATVR À SANCTISS. TRINITATE.



A. *Assumit in cœlum Matrem Christus. illa dilecto Filio immittitur ad dexteram honorificentissime.*

B. *Circumuolant cœlestes spiritus, psallentes cœleste melos, & gloriam.*

C. *Collocat tandem Matrem Filius ante Diuinitatem, & ad sanctissimam Trinitatem statuit.*

D. *Ab ea coronatur ineffabili gloria, donis, dotibus, & priuilegijs ornatur excellentissimis.*

E. *Aperto sepulcro credunt assumptam Apostoli à Filio, exultant in iubilum, & laudes eius cœlestes.*

F. *Ad sua quisque loca vnde fuerant deducti Patres, ab Angelis reducuntur.*

Regnat Maria Mater Dei cum Filio in omnem æternitatem glorioſissimè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2-E

Biblioteca
Universidad de Deusto

Universidad de Deusto
Biblioteca